






VI
S.
DIONYSII
AREOPAGITAE
MYST. THEO
LATINE
17
K 5
16
FLORENTINAE
S. A.














¶ Marsilius Ficinus Florentinus Reuerendo in Christo patri domino Joanni Medici Cardinali suppliciter se cōmēdat
.1492.

VM & me/ Genius meus semel interpretandis Platonicis destinauerit/ & ego magnis medicibus/ Platonica ferme omnia dedicauerim: Cetera quidem maiorum tuorum fuerint: quę vero inter hęc in primis ad Theologiā pertinent/ & iccirco sacra censentur ipse sacer antistes iure optimo tibi vendicare uideris. Itaq3 Platonicum Jamblichum sacerdotem iampridem ad te misi sacra egyptiorū mysteria pertractantē. Post hęc autem ad Dionysium Areopagitam Platonicum christianumq3 Theologum interpretandum tibi/ me contuli/ pręcipuum Atheniensium antistitē summo Florentinorum antistiti dicaturus. Nunc ergo iam absolutum lege: atq3 viue fœliciter.

¶ Prohemium Marsilii Ficini in Dionysium Areopagitam.

Jonysi dei numen Theologi veteres & Platonici seperatarum mentium extasin/ & excessum esse putant/ quando partim amore natiuo/ partim instigante deo naturales intelligentię limites supergresse/ in amatum deum mirabiliter transformantur. Vbi nouo quodam nectaris haustu: & i extimabili gaudio velut ebrię (vt ita dixerim) debaccantur. Hoc igitur dionysiaco mero Dionysius noster ebrius exultat passim. Effundit enigmata: concinit dithyrambus. Itaq3 q̄ arduum est

Est Vincentii rotundi Brix.





profundos illius sensus intelligentia penetrare tam difficile miras verborum compositiones, Et quasi orphicum dicendi characterem imitari: ac latinis pręsertim verbis exprimere, Idem profecto ad id facile consequendum necessarius omnino nobis diuinus est furor. Eidem prorsus oratione trinitas obsecranda, Ut quod Dionysio pię petenti lumen/ad penetrāda prophetaruꝫ apostolorumqꝫ mysteria/quondam deus infudit, Idem nobis similiter supplicantibus ad illius sensum eloquiumqꝫ consequendum ⁊ exprimendū fœliciter nunc infundat.

¶ Argumentum Marsilii in orationem Dionysii de Trinitate.

Dionysius Areopagita Platonicę discipline culmen ⁊ christianę theologie columen/querens diuinum lumen/non tam intelligentia perscrutatur/quam ardente uoluntatis affectu/⁊ oratione petit, Quippe cum a Paulo mundi sole didicerit Platone etiam confirmāte ipsum uniuersi principium esse intellectu quantumlibet excelso superius, Non igitur conatu quodam intelligentię comparari: sed in animum amore prorsus deo deditum/accendi deuꝫ: atqꝫ ibidē inardore lucere. Hactenus quam ob causam ab oratione iaciat fundamentum dixisse sufficiat, Quę vero orationis sit uirtus: ⁊ quis efficacius oret impresentia prętermittimus. Satis.n. diximus in epistola ad Bindacium Recasolanum singulari nobiscum caritate coniunctum, Ad expositionem iam pergamus.

¶ Pꝛoſecutio expoſitionis de Trinitate: ⁊ ꝙ bonum eſt ſuper eſſentiam ⁊ pro pter exuberantiam lucis ignotum.

Es quelibet quo magis bonitate uigēt/ eo magis ſua quadam propagine ſe communicant. Quapro pter ad infinitum bonum propagatio pertinet infinita. Cum vero duo eſſe infinita non poſſint / merito infini ta bonitas rurſusqꝫ īmenſa bonitatis propago/natura ſunt vna/ſe ipſam videlicet intra ſe propagans. Tum vero quoniam omnis amor ad bonuꝫ neceſſario fertur Conſequens eſt poenes infinitum bonum/ eiuſdemqꝫ/ pꝛopaginem infinitam: infinitum quoqꝫ amorem ſpiri tumqꝫ amatoꝛium ad ſe ipſum intus exiſtere. Dum ve ro tres hic quaſi naturales pꝛopꝛietates perſonasqꝫ nu meramus: interea quoniam quod eſt infinitum nihil re linquit/extra ſe ſui: nec admittit aliquid alienum/natu ram vnicam ſimpliciſſimamqꝫ cogitamus. Perinde/ac ſiquis naturalem ſolis foꝛmam ⁊ lucem huic intimam calefactoꝛiamqꝫ virtutem/vnicam ſolis naturam eſſe dixerit. ¶ Diuina Trinitas/non eſt numerus aliquis in quātitatis genere collocatus: nec etiam in ſubſtantię generę. Nec inſuper in eſſentię oꝛdine computatus. Cum enim appetitui naturali non ſufficiat eſſe: ſed affe ctet inſuper bene eſſe: ideoqꝫ entia ſingula ſuuꝫ quoddā bonum appetant/atqꝫ vniuerſuꝫ ens cupiat vniuerſuꝫ bonum ⁊ ipſum tandem ens pꝛimum ſimiliter exoptet pꝛimū bonum/merito bonū ipſuꝫ tanquā finiſ pfectioqꝫ entium omniū/atqꝫ entis/boꝛū omnium ē pꝛincipium. Et idcirco vniuerſa eēntia pꝛimaqꝫ ſuperius. Eſt inſup eminentius deitate quauis ⁊ bonitate: per quas videli cet aliquis alicubi deus ſit: ⁊ aliquid alicubi bonum.

Prima enim bonitas extra omne quomodocunq3 bonũ ac preter omnẽ compositionez absoluta pœnitus simpliciter inse ipsa consistit. ¶ Inuisibile dicimus tum lumẽ q̃ minimũ/tum q̃ maximũ. Nec.n.vel illud prospici: vel hoc ab oculis inspici substineriq3 potest. Sed hoc rite potest super inuisibile nominari. Similiter ĩformis rerum materia/itemq3 rerũ principium sunt ignota. Sed materiam ob lucis defectum/ignotam dicimus. Principium vero ob excessum lucis super ignotum. ¶ Summus animę ad deum ascendentis gradus caligo dicitur atq3 lumen. Caligo quidẽ quatenus animus pernegationes quasdam illhuc usq3 processit: negãdo videlicet deũ ipz esse rem hanc/aut istam: aut illam vel natura compertã vel a nobis excogitatam. Lumen vero/qua ratione nõ aliter de deo q̃ ita negando perspicuam consequimur veritatẽ. Ut tenebre eius inquit David: ita & lumen eius/& nox tanquam dies illuminabitur. ¶ Deus ipse mentes tũc demũ lumine suo pœnitus implet/quando se ipsas illi quasi iam cecas/atq3 silentes exposuerunt. i. tum singula intelligibilia de deo negantes: tum etiaz intellectualem formam suam actionemq3 consuetam per diuinum amorem/mirabiliter transcendẽtes. Sic igitur animus ita demum vera de deo loquitur quando non loquitur.

¶ Oratio dionysii ad Trinitatem.

Dionysius.

Trinitas/essentia/deitate/bonitate superior/ diuine christianorum sapientię dux/ dirige nos in ipz super ignotũ/& prefulgens: excelsũq3 mysticorũ eloqorũ culmen. Ubi simplicia & absoluta ĩmutabiliaq3 theologię mysteria latent ad operta prefulgente quadam silentii clam sacra docentis caligine. quę quidẽ ubi maxime uidetur obscura\ibi supra modũ lucẽ profert. exuberãtẽ

Secreta theologia

Illic sane quod tangi uideriq3 nullo modo potest splen doribus plusquam pulchris ad exuberantia3 implet oēs quasi captos oculis intellectus.

¶ Bonu3 est super essentiam / ꝛ ītellectū / nec attigitur intelligentia / sed per uitę similitudinem ꝛ amo rem ꝑcipit̄ unitate.
Marsilius.

Quattuor cognitionis spēs sunt. sēsus. imaginatio. ratio. ītellectus. Imaginatio nō semp indiget ad actionē pręsentia corporum / qua necessario sensus eget. Verūtamen corporeas quasdā in agendo cōditiones se quit̄. Actio1 ēq3 mobilem habet acq3 multiplicē. Ratio non seqtur ꝯditiones particulares corporū. Sed iam ad absoluta se cōfert. Mobilis tamen ē / ꝛ necessario multi plex. Intellectus deniq3 motū iā deposuit. Diuidua3 vͦ multiplicitatē. minime. Ma3 / ꝛ necessitate ordinis eam retinet / ꝛ usu declarat / siue definiat seu diuidat siue cō ponat. ¶ Quod igit̄ principiū uniuersi sit super sensu3 / imaginationē / rōem. nemo aliquando philosophus dubi tauit. Siqdē in corporeū est penitus / ꝛ īmobile. Esse vͦ / ꝛ intellectu intelligibiliq3 superius Platonici una cum Dionysio ꝓbant. Quippe cū principiū quidem sit ipsa simplicitas infinita. Intellectus aūt agendo ꝑ mul tiplicē ꝛ diuiduā actionē ad obiectum intelligibile diri gatur necessario multiplex. Quod ꝛ ꝓportione3 quandā cū intelligentia subeat. ¶ Proinde cū ip3 intelligibile ipsi ēti sit equale vel forte latius atq3 ꝓstātius / seqt̄ p̄ī cipiū rerū dum excedit intelligibile / ens ite3 multo ma gis excedere. Quod aūt intelligibile ens exsuperet ide pa

tet/q: ꝛ quę sunt/ꝛ quę non sunt intelligimus. Et esse
pariter atq; non esse. Et aliquid ente/ꝛ essentia/ꝛ ipso
esse perfectius. Hinc ergo cōcludimus principium uni
uersi/quod propter inestimabilem simplicitatem eminen
tiamq; ipsum unum cognominamus excelsius ente pu
tandum:presertim quia ens qua ratione ens ē multipli
citatem diuisionēq; non necessario refugit:sed vel prę
sentem substinet vel futuram. Ipsum v° unū/ꝛuniuersi
principiū talia longe propulsat. ¶ Quecūq; ab hoc pro
ximę procreant̄/intellectus.s.intellectualesq; aīę unita
tē hinc quādā quasi paternum characterem sortiuntur.
Quo quidē quasi capite/vel cardine/ vel cētro suo deū
quandoq; tanq̄ uniuersi centrū possint attingere. Quē
admodū Plotinus una cū Dionysio cōprobat. Cū igit̄
nec rōnis/nec intellectus usu frui deo possimus/fruitu
ros tamē naturalis ipsa spes ꝛ conatus pfectusq; polli
ceatur:per unitatē saltē ītellectu prestantiorē quādoq;
fruemur Quādo.s.post habitis ceterarū uiriū actionib;
aīę totius attentionē totā inhanc unitatē tanq̄ ad cen
trum a circunferentia collegerim̄. Hoc diuinū illud Ar
pocraticū q̄ silentium a Mercurio. Pythagora. Socra
te. Platone. Plotino. Apollonio celebratū. ¶ Efficere
v° id potest aliquando solus amor. Cuius ꝑpria uirtus
ē traductoria pariter ꝛ unifica:pq̄ animū ab iferiorib;
transferat ad suprēmū suū/uniatq; supremo. Amor v;
ipsius dūtaxat unius quod est uniuersi principiū/q sane
directus adunū aīa; a multitudine tū aliena/tu; sua ad
ꝑpria; reuocat unitatē. Perquā ipsi uni deniq; copulet̄
q̄do.s.amorē nūc īmulta bona diuisū īunū bonū pfectę
ɔiecerit bonoꝝ oīu; principiū/atq; fine;. ¶ Quid nam
igitur ad hoc disputationes doctrine/meditationes con
ferunt? Hęc sane tanquam collisiones quedam mutue

Amor

vnum

Secre. theo.

luminũ ipſius primi boni gratia factę: amorē tandē ad ipſum in aīo prorſus accendunt. Amor confeſtim tradu cit/ & unit. Mox diuinũ in animo ſic accenſo ſuperne lu men effulget. Hinc illud Platonis noſtri. Diuinuʒ uer bis doceri non poteſt quemadmodum cętera quę diſcun tur: ſed ex diuturna circa rem ipſam ↄſuetudine uitęqʒ coniunctione ſubito tanquam ab igne ſcintillante accen ſum in animo lumen ſe ipſum iam alit. ¶ Hęc Dionyſi us plane confirmat per uerba quę ſequntur. Quibus ea quę ſunt ſiue entia nominat ſubſtantias incorporeas. Quę vero non ſunt / ſiue non entia / res corporeas / atqʒ materiam. Extenſionem autem animę appellat amorem feruētē ad deũ in aīa pura ueritatiſqʒ ſtudioſa directũ.

¶ Tranſcende non ſolum ſenſibilia: Sed etiam intelligibilia et quaſi intelligentiaʒ negli gens / ſolo ſolius primi boni amore te confer ad ipſum.

Dionyſius.

Ec equidē orauerim. Tu uo amice Timothee intē tiſſimo circa miſtica ſpectacula ſtudio linque & ſuſ & in tellectualeſqʒ actiōes. Et ſenſibilia / & intelligibilia oīa. Et quę ſunt / & q̄ nō ſunt. Atqʒ vt ipſi iungaris qd omi eſſentia & cognitione ſuperius eſt / te ipſum intende pro uiribus / quaſi cognitione uacantem. Sola enim extenſio ne quadam / tum a te ipſo / tum ab omnibus expedita: ad ipſum diuinę caliginiſ radium eſſentia ſubblimior: eʒ / ſublatis omnibus / & abſolutus ex omnibus euolabis.

¶ Quare diuina inter prophanos diuulgāda nō ſint. Et q ſint prophani. Et qūo ſuper enſ extet unum atqʒ bonum.

Marsilius.

Icut Plato bis in epistolis/ita Dionysius hic ⁊
sepe alibi uetat secretissima Theologie mysteria in
ter prophanos effundere. Ne propter iudicii defectum
excessum ue superbie: vel falsas uanasq; opiniones inde
concipiant: vel res dignas ueneratione derideant.
Prophanus Profanos vero nominat philosophos exceptis Platoni
cis pene omnes quia nihil altius de Deo cogitauerũt
ꝙ quod summus deus sit mens quedam/ ⁊ essentia pri
ma. Nec mirum illud Platonicorum in uentum capere
potuerunt ipsum scilicet unum atq; bonum esse toto pri
moq; ente intellectuq; superius. Idq; rectius rerum
principium nominari. Prophanissimos deniq; iudicat
Epycureus eosdem quos ⁊ Plato Epycureos scilicet atq; similes/
qui nisi quod ipsi pugno stringere possint/eẽ nihil putãt.
Atq; vbi deum describere conpelluntur ex rebus qui
busdam passionibusq; corporeis im naginabilibusq; cõ
ponunt. ¶ Esse vero unum ipsum atq; bonum ente su
perius una cum Dionysio ceterisq; Platonicis/ ⁊ insu
perioribus significauimus: ⁊ ita hic breuiter confirma
mus. Latius enim hec intheologia nostra ⁊ commenta
riis in Plotinum iam tractauimus. ¶ Ratio formalis
Ens ⁊ vnuz – ↄparata entis ratioq; unius diuersa est. Nam enti quidem oppo
nitur non ens: vni vero opponitur multitudo quemad
modum igitur multitudo differt a nihilo/ita vnum dif
ferẽs est ab ente. De firmitate vero rationis huius agi
mus in Parmenide. Item entis nature multitudinem
intus accipere non repugnat. Vnius vero nature repu
gnat. ¶ Differant igitur inter se dicet quispiam. Vtruz
vero superius? Primo quidem paria esse non possunt.
Ne forte binarius quidam numerus exhis pariter con

Secre. theo.

iugatis/conficiatur. Atq3 ita super eiusmodi binarium vnitas iterum sit querenda. Preterea duo quedam fo rent equę principia rerum cessaretq3 communio in reb9/ τ ordo. Non ergo sunt equalia. ❡ Nec rursum ens est superius vno. Alioquin ens quidez non foret unius par ticeps. Essetq3 sic vel multitudo prorsus infinita/ vel nihilum. Vnum vero velut inferius particeps ipsius entis euaderet. Statimq3 amissa simplicitate/ puram si militer perderet vnitatem. Est igitur unum ipsum ex celsius ente. Quapropter vnum quidem simpliciter no minare licet. Dicere vero vnum esse reuera non licet. Indulgendū tamen est humani sermonis inopię. ❡ Pre terea non appellamus entia/ nisi/ quę formas/ habitus/ actiones/possident. Vnum vero dicimus non soluz eius modi aliquid vt puta uisum unum vnumq3 auditum. Verum etiam priuationem habituum: uelut unam ceci tatem/ unamq3 surditatē/ unumq3 simpliciter habituz/ ac priuationem pariter unam. Vnum igitur ente latius superiusq3 censendum. ❡ Deniq3 participatio unitatis ad priuationem materiamq3 primam vsq3 protenditur. Neq3 tamē entis hucusq3 participatio. Nempe cum eē per formam distribuatur/ materia prima priuatioq3 qua tenus cadit a forma: eatenus ab essentia labitur. Neq3 tamen pariter ab unitate degenerat. Naz propter singu rem ab aliisq3 secretam informitatem ferme non minus vna materia dicitur: quā res formata dici soleat vna. Quam uis ob defectum formę materia minimę nuncu petur essentia. Cum igitur participatio imperiumq3 uni us amplius sit entis imperio: merito vnum excelsius ente coniicimus. ❡ Similiterq3 bonum. Nam materia propter potentiam appetitumq3 ad bonum/ τ necessita tem eius in uniuerso appellationem boni/ non eque/ ac

munus essentię amisisse uidetur. Bonum summati atqꝫ vnum idem penitus esse uolumus. Bonum enim sicut vnum unione cuncta perficit/ ꝛ conseruat. Vnde que cunqꝫ ab unione cadunt a bono similiter ꝛ ab essentia delabuntur. ¶ Jam vero cum ad principium rerum pri mum maximę pertineat: tum simplicitas/ ꝛ singularitas supereminens: tum uirtutis propagatio usqꝫ quaqꝫ dif fusa: merito inde quidem vnum: Hinc vero nominatur ꝛ bonum. Ac reuera propter ipsam eminentiam singula rem/ diffusio quoqꝫ uniuersalis adest. Atqꝫ uicissim ex amplissima largitate/ singularis agnoscitur eminentia. Quę quidem unitas propter porpriam sibi summam sim plicitatem omnium obtinuit principatum: atqꝫ ob pro uidentiam uniuersam/ beneficū declarauit imperium.

¶ Confirmatio. ꝙ bonum sit super essen tiam/ vitam/ intelligentiā. Et quo mō fruamur bono/ pfectius ꝙꝫ sīplicit̄ ītelligēdo. Marsilius.

Ipsum bonum esse superius ente in superioribus quoqꝫ diximus. Simili ratione esse prestantius ui ta confirmari potest Quoniam uita perse nulli sufficit/ nisi gratia boni. Non eniꝫ viuere simpliciter optāt: sed bene viuere. Imo/ ꝛ uitam omni bono totaqꝫ boni spe destitutam negligunt/ atqꝫ reiciunt. ¶ Eadē ratione bo num intelligentię ante ponimus. Quisquis enim ad in telligendum nititur: ꝛ bonum sibi quiddam optat intel ligere: ꝛ sperat aliquem ex intellectione profectum imo nec malum sibi quicquam eligit intelligere: sed latere/ ꝛ obliuisci ne cruciet cognoscentem. ¶ Accedit ad hęc ꝙ

Secre. theo.

pauca quedam naturaliter optinēt intellectum. Omnia vero bonum. Item intellectuales animę non semper intelligentiam affectant: et semper vero bonum. Rursus statim abinitio naturali quodam instinctu bonum cupiunt: intelligentiam vero et sapientiam tandem consulta quadam electione. Cum igitur bonum latius sit q̄ intelligentia: et a pluribus sepiusq; optetur, appetituq; magis naturali queratur: constat bonum esse superius intellectu. Summatim vero neq; essentia, neq; uita, neq; mens se ipsa contenta est. Illa enim ad uitam semper annititur. Hec ad mentem: mens ad bonum tum intelligendo, tu; uolendo. Bonū vero cum inresoluendo sit ultimū: ad aliud non cōtendit. Solū ergo se ipso contentū ē. Solū itaq; primū. Sed iuuat p hec iterū Platonico more Paulo latius euagari. Essentiā, uitā, intellectū interse differre, patet ex eo q intellectus qd paucis vita v° pluribus: essentia deniq; q̄ plurimis adest. Cū v° distinctio hec tā q̄ maxime formalis et ordinata: nec ex materia, nec fortuna contigat, merito exquadā distictione pcedit eēntię uitę intelligētię primę. Distinctione iq̄ minore q̄ in rebus, saltem non formali. Illic igitur nec itellectus, nec uita, nec essentia exse existit. Intellectus enim uitam exigit quodammodo pręcedentem: uitaq; essentiam. Atq; essentia perse imperfecta, dum in uitam intellectumq; procedendo perficitur, proficitq; bono, non exse ipsa fit melior atq; optima: sed ipsius boni super eminentis munere. Quod quidem cum primum esse dedisset mox uiuere, atq; deinceps itelligere dedit. Hec igitur essentia, vita mens prima per intellectualem formam intus superne perfecta, intelligentiam paucioribus q̄ vitam impartit, ac uitam paucioribus im essentia. Ipsum vero bonum, et per ipsam tria hec q̄

parit/ꝛper se largitur unicuiq bonum. Hęc Platonice quidem narrata sint: utcunq christianis placet accipiē da. ¶ Mirabile profecto est boni ipsius imperium. In credibilem namq facilitatem /cum immensa potestate coniungit. Cum enim infinitate possit omnia prorsus im pellere/uiz infert nulli. Omnia vel minima queq/quasi persuasione quadam occulta facile ducit: mouetq ultro moueri uolentia. Cumq nihil res omnes uelint suapte natura/nisi bonum: nullius imperium magis uoluntari um/ꝛ clementius ꝛ suauius est q̄ boni. ¶ Hinc effici tur vt potentiam quidem/ꝛ sapientiam infinitam possi mus odisse. Bonitatem vero nequaquam. Cui eniz pro prius naturaliter amor est/ inde procul exulat odium. Quonam igitur tandem bonum consecuturi sumus? Non quidem intellectu bonum intellectu superius con sequemur. Sicut neq intelligibile sensu. Sed eadem ipsa occulta natura tandem attingemus ipsum bonum/ intellectu iam uacante: qua naturaliter abinitio/ꝛ ante ꝛ pręter intelligentiam assidue querebamus/ꝛ querim̄. Quemadmoduz qua leuitate ignis petit lunę concauū: eadem attingit ꝛ possidet. Non erit igitur perfecta pos sessio boni quasi quedam inmaginaria consequtio/qualis fieri solet cognitione. Sed substantialis/ꝛintima per uni tatem animę facta intellectu superiorem pręstantioremq essentia. Verum cum pręter intelligentiam fruitio tan dem perficiatur/merito nec qualis futura sit exprimi no bis vllo modo potest. Gustari tamen interim amore/ꝛ gaudio quodam inextimabili. Quo deniq non uacante sicut ītelligentia sed crescente absoluitur possessio boni. Quę quidez sicut amore quesita est assidue ita tribuitur ꝛ amori. Hinc Apostolus Paulus scientiam nostraz in patria desinere inquit: charitatem vͦ nequaquā.

¶ Prophani sunt qui deum super essentiaȝ ⁊ in
tellectuȝ eẽ non putant: pphanissimi qui
deuȝ ex essentia deteriore cõfingũt
⁊ĩmaginatione querunt.
Dionysius.

Ec autem caue nequis prophanus audiat. Eos
autẽ sic appello/qui occupati duntaxat in his quę
sũt atqȝ entia nominantur: nihil excelsius entibus (vt
ita dixerim) super essentialiter eẽ putant. Sed arbitran
tur cognitione sibi propria illum apprehendere qui tene
bras posuit latibulum suuȝ. Jam vero si hos diuina my
steria supereminent: quid nam de illis quispiaȝ dixerit?
Qui longe prophaniores supremaȝ illam omnium cau
saȝ ex infimis quoqȝ rebus effingunt nihilqȝ hanc ante
cellere putant impia simulachra vel imaginamenta/ va
riis formis a se conficta.

¶ Quõ fiant affirmationes oĩuȝ/negatio
nesqȝ de deo/atqȝ de materia prima
Marsilius.

Uo quedã potissima de reȝ principio cõmuniter
cogitamus: vnũ quidem quẽadmodũ omnia inde
profluũt/semperqȝ dependent. Alterum vͦ quẽadmodũ
ipsuȝ interim ẽ ab oĩbus eminentissime segregatuȝ. Pri
ma igitur ratione omnia quę diuinitus effecta sunt/qua
tenus inde uidentur egredi/de deo possumus affirmare
quasi nõ inde uenire potueriũt: nisi prius illic extiterit.
Sic deum esse affirmabis essentiam\substantiam/ uitaȝ
intellectum/aĩaȝ/naturam/cęlum/elementa/stellas/ites
formasqȝ rerũ vbiqȝ formosas. Sed ratione secunda ne
gare rursum singula de deo debemus. Quo.n.pacto est
aliqd eoꝶ quę fecit? Siqdẽ est ab eis interiȝ mirabiliter
segregatũ. ¶ Est aũt tutior ueriorqȝ negatio reꝶ qȝ af
firmatio circa deuȝ. Quoniã longe plus est quod ipsius

oẽ quod fit, ei a q̄ fit par esse n̄ pot.

dei ſeperatum eſt a rebus / q̄ꝫ qđ rebus eſt quaſi cōmuni
catū. Hoc. n. finitum eſt omnino. Illud autem prorſus
īmenſum. Deniqꝫ mentiri facilius / affirmando poſſumꝰ
q̄ꝫ negādo. ſiquidē affirmatio ad ītelligentię noſtrę limi
tes finire uidetur / qđ incōparabiliter eſt īmenſuꝫ. ¶ So
let apud nos negatio affirmationi ſic opponi: vt neq̄at
ſimul vtraqꝫ circa idē eē uera. Vbi enim dixeris anima
vel corpus / ē ſubſtantia nonlicet dicere uiciſſim nō eſſe
ſubſtantiā. Diuina vͦ unitas eſt taꝫ efficax / vt cōtraria
etiaꝫ inter ſe īunū inſe conciliet. Cūqꝫ ſit poſitione ⁊
affirmatione qualibet eminentior: merito a priuatione
quauis poſitioni oppoſita mirum immodum ſeperata
cenſetur / preſertim qr cum nullius indigeat / nullis un
quam priuata putaẗ. Summatim vero alio ſenſu affir
mamus: alio vero negamus ideꝫ circa deum. Nempe
cum dicis deus eſt eſſentia deum intelligis procreare eſ
ſentiaꝫ / atq̄ꝫ ſeruare. Cum inquis iterum deus non eſt
eſſentia / intelligis deuꝫ nō eſſe hanc ipſam quę inuenitẗ:
vel excogitatur abſte eſſentię formam. ¶ His rationibꝫ
Plato noſter in Parmenide omnia quamuis oppoſita
de ipſo vno affirmat pariter / atqꝫ negat. Poterit quin
etiaꝫ aliquis circa materiaꝫ primam idem fermę facerę.
Verum quoniaꝫ deus atqꝫ materia quaſi interſe oppo
ſita ſunt: velut ſupremuꝫ / ⁊ infimū vniuerſi / probabili
ter oppoſito quodaꝫ pacto quecunqꝫ inter deum infor
memqꝫ materiā / media cadūt / de utroqꝫ poſſumus affir
mare pariter atqꝫ negare. Deuꝫ igitur dices eſſe vel ha
bere reꝫ formāqꝫ hāc aut illā: quoniā facit eā: nec rurſus
habere: quoniā eſt ſuperior: materia vͦ dicetur rem eādē
habere vel eſſe: ꝓpterea ꝙ eaꝫ patitur / rurſūqꝫ negabiẗ
Quia ſit inferior.

¶ Affirmare oīa de Deo decet / rurſuſqꝫ negare:
ſ negatio tutior ē / ⁊ uerior q̄ꝫ affirmatio.

Dionysius.

Ebemꝰ sane omnes rerū positiones affirmare de deo/tanq̄ de oīū causa. Vicissimq; potiori quadā rōe easdē oēs de Deo negare tanq̄ cunctis excelsiore. Neq; v° putandū ē/negationes eiusmodi/affirmationibus repugnare:sed ipsam uniuersi causā q̄ omni non solū ablatione sed ēt positione altior est/longe prius priuationes oēs ex superare.

Q̄uo deus apparet ī silentio/& post trāsitū sūmitatū/& in caligine.

Marsilius.

Ens circa deū tres (vt uidetur) gradus agit. In primo uerbis q̄ plurimis utit. In secundo paucis. In tertio nullis. Quā plurimis inq̄: vbi quotcunq; obcurrūt de deo affirmat pariter atq; negat. Paribus quidē uerbis/s rōe diuersa. Paucis autē/vbi relationibꝰ vtitur referendo vn res ad deum tanquā ad principiū/finē/mediū conseruantē/conuertentē/perficientē. Nullis aūt/quando nec vlterius res ad deū refert/neq; uicissim,neq; negat q̄cquā. Neq; dependēs a deo aliq̄d/Deo/q̄dāmō reddit affirmās. Sz ipē deū mox affirmatura/sermonē rūpit intimū/siletq; protinꝰ/ne affirmando finiens insolent reportet pro infinito finitū.

Tunc igitur si quatenus sermo remittitur/eatenus intēditur amor/boni/stati (vt diximus) in hoc ipso icēdio penes bonū/effulget boni lumen/spiratq; bonum.

Oportet v° aīā huc accessurā tres saltē (vt ita dixerim) sūmitates penitus transcēdisse.s.corporeā/aīalē/intellectualē/ sūmitatem quidem corporeā cogitamus ubi celū fingit/quasi nouū/tāto pulchriꝰ hoc celo/q̄to celū hoc ē terra formosius. Aīalē v° vbi ī una aīa cōfingit oīs aīa & quelibet exuberās itellectu. Intellectualē

deniqȝ siquando intellectuȝ excogitamus. Sic omnifor mem / vt oēs formas / omnesqȝ pręferat intellectus. Vl tra sūmitates eiusmodi extat ipsum bonū / tanquā ultra sonos verbaqȝ / ꝛ lumina prius in mente patentia. Habi tare vº dicitur in caligine. Quoniā cuȝ primuȝ nihil am plius ex his apparet quasi obrutis iam caligine / apparet bonum: his tanto saltem clarius / quanto meridiana lux profunda nocte fulgentior.

Sermo de deo / tum plurimus rite / tū paucissi mus / tū deniqȝ nullus haberi pōt. deꝰ sup essentiā / ꝛ intelligentiam habitat.

Dionysius.

Ac igitur rōe diuinus Bartholomeus ait: theo logiam esse plurimā / atqȝ paucissimam. Ipsumqȝ euangelium esse tū latum / magnumqȝ / tum cōcisuȝ. Mi hi quideȝ mirifice intellexisse uidetur eum qui circa bo nam omniū causam uersatur / rite posse tum multis uer bis uti / tuȝ etiā paucis / tum deniqȝ nullis. Quippecuȝ pœnes eam ꝛ uerbum ꝛ intelligentia cesset. Propterea ꝙ quadam super essentiam ratione omnia supereminet. Solisqꝫ illis sublato uelamine reueraqȝ fulget / quicūqȝ omnia non solum impura: sed etiam pura transilierunt omnēqȝ oīum sanctoꝝ culminū ascensum iā transcende runt. Et cuncta diuina lumina ꝛ sonos / sermonesqȝ cę lestes deseruerunt / atqȝ eā protinus caliginem subiere. Vbi illę reuera est / vt sacra tradunt eloquia / qui omni bus est excelsior.

Quomō purgetur aīus / ꝑ quot gradus ascen dat ad deū. Qūo deus sup ītellectū ꝛ ītel ligibile hītet: ꝙ sit platonicoꝝ opinio.

Marsilius.

Nimus diuini montis fastigium ascensurus / ī pri mis cunctis exhortationibus amore solo primi

boni est inflãmandus. Et quoniã superni caloris officiũ est/ab inferioribus nos purgare/amoris diuini flagrãtia purgandus est/tum ab affectibus/tum ab imaginationibus singularũ rex corporeax. Tũ vero mõstrante disciplina/eodẽq3 interim amore duce/traducendus est ad cõtẽplandas formas a corporibus separabiles/atq3 separatas .i. ad intellectuales aĩas & angelicos intellectus. Sol nãq3 diuinus ĩ ainmis quidẽ fulget/uelut in luna/ ĩ ãgelis aũt uelut ĩ stellis. ¶ Vtrobiq3 igitur mẽtis oculus ad solem impotens/faciliusqȝ tanquã familiaria lumina cõtuetur quibus cõspiciendis/ & solem inde diuinũ/ auguratur/ & aciẽ ad ide3 vel intuendũ/ vel quomodocunq3 percipiendu3 assuefacit. ¶ Hactenus exhortatio quide3 purgauit. Sed disciplina monstrauit. Amor autẽ & emũ dauit & hucusq3 pduxit. Amor igitur cũ amato tandẽ feliciter copulabit amantem' In ea videlicet nube/vbi postquam naturales oculi sub exuberante lumine caligarunt bonum ipsum benefica gratia illuxit & adspirauit amanti. ¶ In hoc autem ascensu actiones ac uires animarum/ & angelorum imprimis obcurrunt. Mox vero substantię illas sane sub nonine uocum has autẽ sub appellatione luminum Moses ipse significat. Annuit etiã purgatis interdum animis/ intellectuales notiones ob mirabilem efficaciam/usq3 ad purissimos sensus visum scilicet & auditum per imaginationem se trãsferre/quasi sub forma quadam luminum atq3 uocum. ¶ Proinde vbi Dionysius ait ipsum bonu3 super summitates intelligibiles locorum suorum ĩcedere. Plotinus & Iamblichus. Proclusq3 dicẽt ĩtelligibile quidem ĩtellectui/velut ĩde formabili pręferẽdũ. Immẽsum vero bonum ãteponẽdum ĩtelligibili proportionem quãdam cu3 ĩtelligẽtia subeũti. ¶ Micto impręsentia distinctione3 illã Proculi vbi summa post primũ numina vocat ĩtelligibilia.

17

Infima vero/sed iterim mundo superiora potius itelle ctualia nuncupat/formanda vz a supernis. Sed media utriusqz appellationis mistione cognominat. Missas etiā facio tres illas apud Proclū substantias/triaqz sub primo principia. Essētiā/uitā/mentē. Probabilius cū Plotino tria hęc apud superos rōe quadā iterse differre dicemus potius q̄z substantia. Sz Plotinus quidē unū hoc sub primo ꝯstans extribꝫ asserit universi principiū. Vz a primo ꝓgenitū. Dionysius aūt/quē libentissime seqmur nō unū aliqd eiusmodi tanq̄z principiū sub principio collocat. Sz diuinas deo mētes subigit: exhis tribꝫ essentia uita itelligētia diuinitus cōstitutas: mētesqz eiusmodi ptiz itelligibiles ptiz itellectuales: ideo nūcupat. Om̄ inde qdē pp luminis abundantiā capaci cuilibet largissimę sese offerunt. Hic aūt obserenissimaz ꝑspicaciā. Lumen quod libet ueritatis ipsius facillimę diaphani more suscipiunt. Deniqz bonū ipz regionē intelligibilē sup eminet: siue regionē eiusmodi: platonico more primū ipz itelligibile nomines itelligibiliū spēꝝ oiuz fontez inter se formaliter differentiū. Siue substantiaz q̄libet separatā ꝑspicacē pariter atqz lucentē

Cōfirmatio superioꝝ: 7 quō fruamur deo permodum quendā itellectu pręstantiorem.

Marsilius.

Oc super cęleste cęlū stellaꝝ suaꝝ. i. intelligibiliū formaꝝ plenū/sol diuinus habitat quidē: stellę. n. solis lumine/lucent: sed mirabiliter supereminet. Cęluz hoc itellectu uidere potes solē v̄ nō substinet itellect⁹. Quin 7 in oppositū te deducit: actio. n. tū rōnis quasi mobilis/tū mētis q̄ multiplex 7 finita ad aliquid mobile/multiplex finitū/quod principio est oppositū/te retorq̄t. Actio igit̄ eiusmodi cū primum intelligibilia per eā cōsequtus fuerit post habenda est. Hucusq̄z tantū confert.

Vlterius ipedit. Queadmodū imaginationis usus ad i telligentię principia cōfert. Vlterius obstat. ¶ Confir matur hoc ēt per platonicū illud. Sol cōspicuus i mūdo nobis ē imago boni. Sol qdē tā uisus generat qȝ uidēda ꝛsuscitat ad agendū. cūqȝ oculis uidēda cōiungit. Simi liter ipȝ bonū ad intellectus oēs itelligibiliaqȝ se habet. Hęc Plato cū igitur intellectus nō tā sua qȝ diuina uir tute res ꝯsequat intelligendas/consequens est vt nulla penitus facultate sua bonū ipsuȝ asseq possit: igit deo frui nō est ad deū agere: sed potius agi deo. Non est ali qd pse haurire/sed aliunde prorsus ipleri. Nō ē p itelle ctū uersari circa bonū: sed amore trāsferri. Atqȝ ipa uni tate nostra intellectu superiore ipsi uni bonoqȝ penitus copulari. Vbi sane animus oēs prorsus actionē affectio nemqȝ ꝛ ad alia radse ipsuȝ iā de posuit. Exuit ꝛ formā suā. Induit iam diuinā: vt ēt Plotinus ait. Jamqȝ sic agit vt deus sicut aurū ignitū in Apocalypsi celebratū/ agit vt ignis: ꝛ animatū corpus vt aīa. Atqȝ aīa subli mis itellectu formata/tanqȝ itellectus agit. Intellectꝰ igit reformatus in deū/agit deniqȝ tanqȝ deus.

¶ Ascēsus ad deū p purgationē animi atqȝ ptrāsitū itel ligibiliū spēꝝ. Fruitio dei per aliqd itellectu pstātiꝰ

Dionysius.

Vere igit diuinus Moses diuinitus ad monet pri mo qd vt mūdet ipse. Rursūqȝ vt se sepet ab in mūdis. Atqȝ post oēs expiationē buccinaꝝ clāgores ua rios audit. Cernitqȝ lumina multa puros atqȝ multipli ces radios diffundētia. Post hęc a turbis vulgaribꝫ se gregat. Atqȝ cū selectis sacerdotibꝫ ad diuinarū ascēsio nū fastigia sese cōfert. Ibiqȝ non cū ipso quidem deo cō mertium habet. Nec ipsum cernit. Non enim est uisi bilis: sed locum potius vbi stetit. ¶ Hoc autem/vt reor significat: diuinissima/ꝛ supprema queqȝ visibiliū

b ii

atq3 intelligibiliu3/esse rationes quasdam suppositorias
significasq3 eorum/que subiecta sunt oīa transcendenti
deo: per que dei presentia omnem intelligentia3 superas
super intelligibiles sanctissimorū ipsius locorum sūmita
tes incedens. Tunc igitur ipsa quoq3 uisibilia & uidētia
intelligibiliaue dimictens/ipsam ingreditur ignorationis
mysticam reuera caliginē. Vbi omnes cognitorias per
ceptiones excutit. Atq3 in eo qui tactum penitus: vi
sumq3 refugit/ia3 cōsistit: totusq3 euadit ipsius qui oīa
supereminet. Tūc sane nec sui iuris ē: nec ē alterius. S3
ipsi qui penitus est incognitus / cognitionis omnis va
116 catione per aliquid cognitione prestantius est vnitus.
Ex eo enim q cognoscit nihil/intelligentiam trāscendē
do cognoscit.

Quō auferendo gradatim ascendamus ad deū
tū ī homine/tū ī mundo toto/tum in sole.

Marsilius.

I fecit deus hominem ad imaginem suā/certe est
117 in homine statua dei/ q̄uis additamentis abscon
dita. Primo igitur separa corpus ab anima. Secundo:
ab eadem corporeas passiones. Tertio: Imaginationes
a ratione. Quarto: rationales discursiones ab ītellectu.
Quinto: Intellectualem multiformitatē ab ipsa anime
unitate. Sexto ab hac vnitate animale3 intellectualēq3
cōditionem. In septimo gradu (vt arbitror conqesces.
Inuenies. n. ipsam simpliciter unitatē. i. deum sub tali
quadā unitate latentē. Mundum quoq3 deus statuā
suam fabricatus est. Sed uelaminibus multis opertam.
Subtrahe primo materia3. Relinque cetera. Ia3 habes
ubiq3 celum cui multi materia3 ademerunt. Deme rur
sū celesti huic mundo dimēsionē. Serua formas oēsq3 mo
tus formar. Nact⁹ eris animam uniuersam. Tolle si pla
cet motus: formis omnino seruatis. Vniuersu3 mox pos

secre. theo.

fides intellectũ: sed huic auferto diuisos inter se uelut in cęlo formarum radios. Accipe lumen ipsum inse prin cipium radiorum/ nec dispersum per radios: nec certis radiorum speciebus determinatum: sed absolutissimum & simplicissimum & immensũ. Quod & ipsũ bonum est omni semper intelligentię uoluntatisq; conatu quesitũ. Hac igitur ratione gradatim auferendo/ deũ ipsum pri mo ex mundo paruo: rursumq; ex mundo magno fœlici ter inuenisti. ¶ Tertio: forsan inuenies similiter ex m un do solari. Cogita colores omnes lucesq; rerum: ita ex so le profluere sempq; seruari/ ut nihil ferme sint aliud q̃ solis ipsius lum̃ sub reb; occultũ. Quã obrẽ si abstuleris a coloribus ubiq; terrenis/ terrenã crassamq; mysturã. A coloribus uero nubium quandoq; fulgentiũ aque um terrenumq; summũ. A lucibus tandem igneis stel laribusq; misturã igneã proprietatemq; stellarẽ. Atq; his ita sublatis/ lucem pro uiribus cõseruaueris. Solem iã habebis. ¶ Ubi si molẽ/ proprietatemq; solis ademe ris/ luce seruata/ reportabis ex hoc sole deum/ solis reue ra solẽ. Certis inde remotis limitibus per ĩ mensũ re gnantem ubiq; totum. Sic enim beneficium primi boni lumen rebus omnibus inde bonis & pulchris & appeten dis est infusum / quemadmodum solis lumen coloratis omnibus/ atq; lucentibus. Nec non similibus ferme gra dibus distributum. Sed quomodo per gradus rerũ qui bus ue rationibus ascendatur ad deũ. In libro epistola rũ secundo & in theologia: ac libro de raptu Pauli ad tertiũ cęlũ latius disputamus.

¶ Quomodo auferẽdo omnia quę sunt/ proceda mus ad Deum. Et contraria ratione au feramus atq; ponamus.

Dionysius.

Hinc nos prelucidā caliginē ingredi pcamur. Atq3 puisus cognitionisq3 uacationē/uidere ꝛnosse qđ est uisione notitiaq3 supius. ¶ Ex hoc ipso v3 ꝙ nec ui deamꝰ/nec aliqd cognoscamꝰ. Hoc.n.est reuera uidere ac nosse. Et eu3 q essentia eminentior ē/mō quodā sup eēn tiā/ex omniū v3 q̄ sunt ablatione laudare. Quēadmodū qui statuā indigenam fabricant/auferentes oīa quę circū apposita īpediant perspicuum formę latentis intuitū: so laq3 ablatione pulcritudinē ipsa3 inse pandēres occultā.

¶ Oportet aūt ablationes vt arbitror cōtra ac positio nes celebrare. Positiones.n.incoantes a primis: ac per media ad ultima descendentes adhibeamus. At ī auferē do uicissi3 a postremis ad prima dispositis gradibꝫ ascēdē tes oīa tollimꝰ. Vt sub moto velamine ignorationē illa3 cognoscamus: q̄ sub oībus cognobilibus in entibꝫ omni bus delitescit. Illāq3 caliginē essentia superiorem perspi ciamus que ab vniuerso lumine in his quę sunt emican te nobis occulitur.

¶ De trinitate ꝛ imagine trinitatis.

Marsilius.

Solē una cū Platone diximus ēē ꝯspicuam boni ipsius imaginē. Finge igit̄ extintima luce q̄ uiget ī centro solis tria lumina intrinsecus emicare: primū pal titudinē solis effundi. Secūdū platitudinē dilatari. Ter tiū profundo penitus occupare. Ex primo. Secundu3. Ex secundo cū primo. Tertiū originē ducere. Esse inuicē coniuncta pariter ꝛ distincta. Similiter ī ipso bono tria quedam benefica lumina/sic emicare vt extrinsecus nō prosiliant. Quę una cū pululatione permaneāt: ac uicis sim pululent permanēdo. Atq3 ipsa germinatione īterse distinguantur: rursusq3 natura sint unum. Possunt ve ro lumina quodāmodo etiam angelos de signare: eorūq3 cum deo ꝛ inuicem unionem. Reliqua satis patent.

Secre. theo.

¶ De bonitate diuina, Vnitate, Trinitate, Jesu apellationib9, figurisq3 diuinis.

Dionysius.

In eo libro quē de theologicis īstitutionibus īscripsimus / q̄ sint affirmantis theologię pręcipua / diximus. ¶ Quō diuina bonaq3 natura dicit̄ unica. Quō ibidē trinitas. Quę pœnes hanc ipsam naturā sit ipsa patris: q̄ filii notio. Quid significet spiritus scī theologia. ¶ Qua rōe ex incorporeo indiuiduoq3 bono ītima bonitatis lumina pulularunt. Permanentq3 ītus nō exeuntia nec discedūt a mansione in ipso & in se ipsis & īuicem. Quippe cū hęc ipsa permansio pullulationes ꝑpetuo comitet̄. ¶ Quo itē pacto supior essentia. Jesus uerā possidet humanę nature substantiā. Et quęcūq3 alia a sacris licteris demōstrata in eo ope celebrauim̄. ¶ Sed ī libro de diuinis nominib9 / q̄mō bonus appellet̄: q̄mō ens. Vita sapientia / potestas / ceteraq3 eiusmodi ad appellationē diuinā. s. intelligibilē pertinētia. Jn theologia vō ꝑ figuras significatiua / tractauim̄ q̄ sint a reb9 q̄ sentiunt̄ appellationes ad diuina translate. Quę formę diuinę. Quę figure. Mēbra. Jnstrumēta. Quę loca diuina. Quę ornamēta. qui furores. quę. tristitię. indignationes. ebrietates. crapule. iuramenta. execrationes. Somni: exprectiones. Et quecūq3 alie. Significatiue theologię figurātis de ū formationes sunt sacra rōe cōficte.

¶ De gradibus viriū cognoscentiū. Atq3 rez cognoscendarū. Et quare sermo de rebus supernis uerus / breuis esse soleat.

Dionysius.

Ermo de reb9 supiorib9 uere & ꝑ ipsa natura rez habitus / breuior q̄3 sermo de reb9 īferiorib9 / īd & plato plotinusq3 ↄfirmāt / ēē debet. qd̄ q̄d tū ex uirib9 cognoscētib9

tuz etiã ex reb cognoscendis asseuerari potest. Imaginatio una paucioribusqz actib efficit/quotcũqz sensus multi actibusqz multis efficiunt. Ratio una quadã uniuersali spẽ sepe cõplectit plurima q̃ p imaginationẽ formis pluribus singulati percipiunt. Intellectus ĩmobili quodaz subitoqz intuitu cõspicit q̃ rõ peruariũ discursũ aucupat. Et quo sublimior ĩtellectus est/ pp efficaciã tũ nature tum exemplaris formę / eo pauciora plura cognoscit & efficit. Sicut.n.oculus figurã circularẽ uno quodã semel intuitu iudicat/quã cecus tãctus sepius attractando ꝑ pẽdit/sic ĩtellectus oĩs se habet ad rõem. Rursumqz ad intellectũ inferiorẽ superior intellectus. De uiribus qdẽ cognoscẽtib hactenus res q̃ etiã cognoscẽde q̃to superiores sunt/tanto gradatĩ numero qd̃ pauciores. Ampliores uo uirtute: vtraqz igit rõe ꝓmo legiptimꝰ de reb supernis breuis est. Motio uo ãpla q̃ forte si ãpla non fuerit/ vt minus saltẽ mẽtiaris vel repetas/sermo debet eẽ breuissimus. Tandẽ in ipso deo ad modũ intellectu superiore/nõ solũ discurrẽs oratio tã interior q̃ exterior/sed etiã ĩtelligentia cessat. Dex qd̃ deest ĩtelligentię/amore q̃dã & q̃i gestu & tactu unitateqz & gratia cõpẽsat. Sed hęc latius una cũ Plotino ĩ cõmentarius ĩ eũ iã tractauimꝰ

Sermo de rebus altioribus debet eẽ breuior.

Dionysius.

Eos aũt\te dep̃rehẽdisse extrema uerbis eẽ plixiora supremis. Oportebat sane theologicas ĩstitutiones: explicationemqz nominũ diuinoꝝ breuiori q̃ theologiã significatiuã sermone tractari. Quatenꝰ.n.ad sublimiora cõtendimꝰ/eatenus sermones ipsis intelligibilium cõspectib cõtrahuntur. Queadmodũ nunc caliginẽ illã subeuntes/quę superat intellectum: nõ solũ insermonis breuitatem:sed etiam in silentium omnino uacationẽqz

intelligētie protinus incidemus. ¶ Jam vᵒ illic quidem a supp͛emo ad infima descendens oratio / proquantitate descensus ad latitudinem descensui congruam gradatiꝫ extendebatur. Nūc aūt ab inferioribus ad sublime ser mo conscendens / ꝓmodo ascensus / paulatim euadat an gustior. Itaqꝫ post omnē ascensum / obmutescet omnino totusqꝫ ineffabili coniungetur.

¶ Oīa formam aliquā ꝓferentia affirmari de deo possunt atqꝫ / negari. Sꝫ affirmatio qdem a supioribus negatio autem ab in ferioribus incohanda.

Marsilius.

Deus summus super omnem positionē extat: qm̄ est bonitas infinita. Non potes ergo aliquid tam bonū adhibere deo: quin melius aliquid reliquꝫ sit ulte rius adhibendū. Est etiā super omnem ablationē / quoniā est vnitas eminētia simplicitas infinita. Jmo etiā prima rōe omni est ablatione superior. Quādiu. n. licet aliqd admouere deo tanqꝫ inde profectum. Tamdiu idem ꝛ re mouere fas ē tanqꝫ hoc ipso ꝙ est īde / nō sit illud. Est āt sub illo semper / ꝛ inde qcqd boni repereris vel inuene ris. ¶ Proinde uerisimile est affirmare de deo quecūqꝫ formā actionē ordinē habent. Verisimilius āt affirmare de primo perfectiora qꝫ īperfectiora atqꝫ uicissim proba bilius īperfectissima queqꝫ qꝫ perfectiora negare. Si igi tur perfectissima primū affirmaueris / nondū affirmasti se quentia. Itaqꝫ sermo reliqua gradatim afferens supflu' iudicari non poterit. Sin aū perfectissima primo negaue ris semel cuncta negasti: frustra iam reliqua negaturus. Quāobrem si oīa deincepts media ꝑcurrere rite uolueris: superiora qdē affirmabis infimis. Vicissimqꝫ ante alia recte inferiora negabis.

¶ Affirmatio rerum ideo contraria uia procedit atque negatio Dionysius.

Fortasse queres: quare cum a primo diuinas positiones incohare soleamus uicissim auferre ab extremis incipiamus. Quoniam uidelicet quando ponimus circa illud quod positionem omnem exsupat suppositoriam affirmationem oportet ab eo quod est illi cognatius exordiri. Contra uero quando circa illud auferimus. Quod ablationem omnem excedit ab his que longius ab eo distant: rite incohamus ablationem. Non ne deus magis est uita/ et bonitas quam aer atque lapis? Vicissimque potius non crapulatur: nec irascitur quam nec dicitur/ nec intelligitur.

Vnum est omnium principium/ nec est aliquid sensibile/ uel intelligibile: sed utrisque interuallo quodam infinito prestantius.

Marsilius.

Vo que secuntur capita/ confirmantia deum esse causam omnium/ tam sensibilium quam intelligibilium/ contra Manicheos adduci possunt; quos et Plotinus confutat introducentes principia duo. s. summum bonum/ atque summum malum. Et illud quidem intelligibilium: hoc autem sensibilium esse principium. Hos etiam nos in theologia et una cum Plotino refellimus. Quoniam quod summum fingitur malum: nec actionem habet: nec essentiam. Nihil. n. habet boni. Nec autem expetuntur ut bona. ¶ Preterea cum etiam sensibilia bona/ pulchra ordinata utilia sint non a malo sunt principio: sed a bono. Quod Moses confiteri compellit. ¶ Deniquè nisi utraque ab eodem principio dependerent communionem inter se nullam habere possint. ¶ Ratio uera dictat/ quemadmodum proprius quilibet rerum ordo ad proprium reducitur caput unum/ sic uniuersalem rerum omnium ordinem ad unum omnium uniuersale caput deniquè referendum. Si. n. quo altior causa est eo latius longiusque suum dilatat imperium: altissima certe causa uim

suam actionẽq; per oĩa porrigit. Que cũ sit causa causarum prima/proculdubio ẽ maxime causa. Omniũ igit̃ causa ẽ tã conseruans ubiq; singula q̃ efficiens reliquas in theologia & Plotino ad idẽ rões adducimus. ¶ Quã obrẽ Dionysius noster deũ appellat oĩum tam sensibiliũ q̃ intelligibiliũ auctorẽ. Addit esse causam eminenter. Cetere nanq; cause nõ nullã habent cũ effectibus suis ꝓportionem. Quoniã & cause & effectus sub eodẽ uniuersali reꝝ principio cõtinent̃. Sic igitur sphera ignis cũ effectibus calidis ꝓportionẽ habet. Imo/& Mars: atq; sol cõfirmantibus id Platonicis. Prima uero causa quod/& Plato demonstrat nulla ad opus aliquod ꝓportione: sed absoluta prorsus infinitate facit. Alioqn non foret summopere simplex/atq; prima. Cũ igit̃ causa prima persimplicẽ eminentiã agat oĩa/ita sentienda q̃ intelligẽda/merito nihil est eorũ. quando nec ꝓportionẽ qdẽ ullam hẽt ad illa. ¶ Negaturus aũt Dionysius deo cuncta/ne forte uideatur deum prorsus e medio tollere: proponit ĩprimis ea dumtaxat conditione se negaturum minus bona ut semper intelligatur supra modum meliora daturus. quando negamus animam esse essentiam corporalẽ/ non negamus simul esse essentiam meliorẽ. s. in corporeã. Negamus similiter deum esse in ordine essentie etiam transcendentis: que in essentiam corporeã & in corporeã põt diuidi/& in se existentem/ & alteri adherentẽ & similit̃ ad omnia deriuari/singulatimq; finiri. Concedimus tamen deum esse essentiam transcendente simplicius absolutã. ¶ Negantes iterum deum esse uitam que est actus essentie: non prohibemus esse uitam/huiusmodi uite causam. Rursus quando negamus deum esse rationem/ vel intellectum indagatorem luminis/atq; boni/ non negamus tamen esse intellectum luminis/ boniq́ue causam intellectibus. ¶ Sed quis adeo demens est ut

uita

intellectū dicat irrationale? Quia rationis ambagibus nō indigeat. Aut rationem appellet cecā / quoniā absqȝ pręsente oculi misterio uideat. Ita nec deum amentē suspicari fas est. Quoniā cū sit ipsuȝ lumē bonuȝqȝ a mē te perceptum / mentis usu nō indiget. ¶ Negat Dionysius īprimis deū esse corpus. Deinde nec esse / nec habere conditiones passionesqȝ corporeas: siue īcorpore sint / siue circa corpus. Nos ergo uicissiȝ exeo ꝙ conditiones / defectus / passiones cōtingētes / corpori / reꝝ principio / nō cōtingunt / cōsequenter illud nō eē corpus argumētari ualemus. In theologia qnetiā nec eē formā corpori adherē tem: nec formā rursum huic forme proximā latius declaramus. Ascendit ῦ Dionysius negando ab inerti corpore ad formā corporis: quodāmodo efficacē. i. accidentalē. Abhac ad efficaciorē substantialē: sed nōdum uiuaȝ. Ab hac ad uiuam: sed irrationalem. Quę est ita summū sensibilium sicut est intelligibilium ultimum

¶ Quod nihil sensibiliū est qui sensibilis omnis eminenter est auctor.

Dionysius.

Causa omnium / omnia supereminens / nec essentia. nec uita / nec ratione / nec mente capta est. Neqȝ ē corpus nec figuram uel spēm: nec qualitatem / aut quantitatē / aut molē ħet: nec ē īloco / neqȝ cernit̄. Neqȝ sensibilē tactū ħet. Nec sentit: nec ē sensibilis. Neqȝ pturbationi ordinis expti obnoxia ē a passionibꝫ / vȝ materialibꝫ agitata. Rursus / nec est inualida sensibilibus videlicet subiecta casibus. Nec luminis īdiga, nec alterationem / vel corruptionem / aut diuisionem / aut priuationem ullam admittit. Nec aliud quicquam sensibilium / aut est / aut habet.

¶ Quibus gradibus negant de deo intelligibilia. s. primo que pertinent ad animam deinde q ad intellectum / ter tio que ad ideas / quarto q ad comunes dei appellationes / quinto que ad trinitatem

Marsilius.

Egaturus de deo intelligibilia omnia exordium fa cit ab his q ad genus itelligibile tanq ultima re digunt. Ab aia. s. uegetali pergens ad sensualem. Abhac ad imaginantem. Hic ad aiam quasi rationalem sagacis simarum. s. bestiarum. Hic ad rationalem. i. humanam. ab ipsa huius roe ad eiusdem intelligentiam / hic ad age licu itellectu. ¶ Ab intellectu ad ideas. Sunt. n. idee i intellectu quasi celo stelle. Que i intellectu angelico sut eius supremu. Sz in diuino qi sut ultimu. Inter ideas collocat ideas numerorum / mox v pportionu numeros co mitantiu. Ubi comemorat ordine. Ite ideas dimesionu q resoluut i numeros. Ubi de magno paruo equali loqt Preterea qualitatu ideas suis qdamo dimesionibus idi gentiu. Ubi similitudine dissimilitudineq adducit. Tu v ideas actionu q secunt ex qualitatibus. Loques vz de motu atq qete. accedut idee formarum substantialium. s. elementalium sub potentie noie. Idee rursus celestium sub luminis cognomento. Idee quin etiam aiarum corpo ribus coiunctaru appellatione uite. item separatarum sub essentie cognomento. angelorum quoqz ethernitate signa te. Ethernitas aut secum trahit tempus uelut imagine. Demum idea e diuine fruitionis sub intelligibili tactu. ¶ Hactenus de sublimitate diuina negauit et dotes ani marum mentiumqz et omnes que quomodocunq intelli gutur ideas. Et merito / quoniam euismodi queuis idea singulatim definitum quiddam est. ac simul cuncte / com positum. Preterea deus agit omnia pariter et in omnia. idee vero ita inter se distiguntur / vt no possint ab una

omnes esse. Jmo ꝛ opponuntur .s. idea status / ideę mo
tus. Similitudo idealis: Ideali dissimilitudini. deus igi
tur cū ideas oēs equaliter ꝓferat. Nec aliqua eaꝝ ē quę
ītelligūt a nobis neq; ēt cunctę. Sȝ quis nō uiderit? Si
deus ipse idea paruitatis fiunt / aut motus / aut diuersi
tatis: nō effectuꝝ magnitudinē ꝛstatū / ꝛunionē. Quib;
aūt rōib; talia q̄dā de ipso uno Plato ī parm̄ide neget / ꝛ
prolissuȝ narratu foret ꝛ īpręsentia minimę necessarium
de his .n. ī cōmentarus ī Parmenidē disputam̄. ¶ Ne
gat post hęc ab solutas quasdā appellationes: q̄ cōmuni
ter deo digne uident̄. Ubi adueritatis appellationē per
uenit reliq̄ꝝq; similiū. tollit tādē e medio noticēs huma
Notiones nas de relationib; illis: q b; diuinę psone īterse distīgūt.
Notiones .n. eiusmodi ītelligibiles sūt potius q̄ȝ diuinę
pro intelligentię nostrę captu cōcepte. Jmo ꝛ q̄cūq; sub
limius a suprę mis angelis naturalit̄ conceptę sunt / deo
inferiores existunt. ¶ Docet ꝛcognitionis modū / quoni
am est actio intus permanēs pro natura cognoscentis ef
fici. Jdeo nec aliq̄d entiuȝ / intellectualiūq; / cognoscere
aliter q̄ȝ essentiali intellectualiq; rōe. Talesq; cōceptus
intrase formare. Jdeo deum essentia / intellectu intelligi
bili longe superioreȝ / eiusmodi notionib; minime circun
scribi. Sed uerisimile tunc intelligi / quando indicat̄ ab
solute intelligi nunq̄ȝ posse. Tū uͦ deuȝ inq̄t oīa quesūt
cognoscere / nō ea cōditione qua sunt. Sȝ pro natura dī.
Essētia igitur (ut ita dixerim) superenter / ītelligit: imo
ꝛ sup ītelligit. Multa unice. Cōposita simpliciter īmu
tabiliter mutabilia. Pręsenti momēto pręterita pariter
ꝛfutura / velut sibi cuncta pręsentia. ¶ Ait deincepꝭ nec
figurari q̄dē ꝛ designari deum perquę forsan designari
putat̄. Nec .n. sermonē nos habere de deo: q2 neq; nom̄
ex q̄ sermo cōponit̄. non inq̄ȝ nomen. Qm̄ nȝ cognitionē
Quę q̄ō est rō prolati nois / primūq; nom̄ sed hęc satis

ĩ Parmenide Plato declarat. Videbis igitur deus esse
tenebre.i.ipsum oĩum obscurissimũ. Sed quõ? Cuȝ cla
ment esse deum tanquã oĩuȝ ubiqȝ notissimũ. Putabit
aliquis uicissim deum appellari posse lumen.i.omnium
notissimum. Sed quo nam pacto? Cũ oĩa finita testificẽ
tur ignorari q̄d sit ipsum/quod omnes infinituȝ procul
dubio confitentur. nec omnino uere de deo sentiunt ho
mines/qui conceptũ humanuȝ superat infinite nec errãt
oĩo de deo: aquo omne uotũ ⁊ iudiciũ opusqȝ bonũ assi
due pendet. ¶ Tollit deniqȝ deo/⁊ affirmatiões/⁊ nega
tioens. Que tamen aliquando uise sunt diuinitati ratio
ne aliqua cõuenire. Sed reuera/quod nusquã attingim⁹:
Principium vniuersi appellatur diligibile quidem quia bonum: amabile vero/quia pulchrum. Pulchritudo enim acrius q̄z bonitas cōcitat appetitū. Quā obrem ad bonitatem spectat temperata dilectio. Ad pulchritudinem pertinet amor/nesciens tenere modū. Pręterea deus appellatur amor: tum quoniam amorem in omnibus procreat: sicut a Peripateticis nominatur in sole calor: quoniam caloris est causa: tum etiam quia se ipsuz amat. Est igitur penes deū/amans/amor/amatū

Deus zelotes

similiter

Qua quidē rōe ē amabile/mouet. Qua vero amans qui mouet qua deniq3 se ip3 amās: quōdāmō a seipso mouet, qua rursū amor ē/existit. & motus. Motus inquā quo deus se amādo qui circulo reuoluitur inse ip3. Profecto nisi cōsideraremus ideo rationem eiusmodi/qua se contemplatur/& amat interim contemplando/vltra vnitatem naturę diuine nullam ibi distintionem inueniremus. Amor igitur ille contēplatiuus & expressio sui dicitur: & videtur inmultitudine3 quandam ab eximia vnitate procedere. Simplicitatem tamem interea cōseruare. Permanet enim semper in eadem vnitate nature. Appellatur & actio perse mobilis perse operans. Non enim aliunde dependet quā ab intima sui forma. ¶ Primus amor penes primum bonū ex ipso in ipsum circulariter se reuoluens. Hoc suo quasi motu calorem accendit omnibus amatorium/inorbe3 similiter reuolutum. Amor enim vbiq3 a primo bono tanquam principio prodit. Item in bono vnicuiq3 proprio sedem habet. Rursus ad bonum vniuscuiusq3 suū tanquam ad finem propinquiorem aspicit. Deniq3 ad primu3 omnibus cōmune bonum tanquam ad ultimum fine3 prospicit cunctis cōmuniter expetendum. Motus igitur amatorius perractū orbicularē pricipio fineq3 carente3/infiniti meruit cognomentu3.

¶ Idem. Dionysius.

Quid vero Theologi sibi volunt? Cum aliquando quide3 deum amorem dilectionemq3 vocant. Aliquando vero amabilem/atq3 diligibilem nominant. Sane alterius quidem chausa est: ac veluti productor & genitor. Alterum vero ipse deus existit. Rursus altero quidem mouetur. Altero vero mouet. Quippecum ipse sui sibique sit prouector/& motor. Hac vtiq3 ratione diligibilem ipsum nominant/& amabilem

amabile mouet

motus circularis

Quo amor amabilis

tanquam pulchrum atq3 bonum, Amorē rursus dilectio nemq3 cognominant/propter uirtutē eius mouētem pro uehentemq3 ad se ipsum. Quippecum solum id sit perse ipsum pulchrū atq3 bonum, Itē propter quādā3 sui ipsi⁹ perse ip3 expressionē, Eminentissimeq3 vnitatis benignā processionē:motūq3 amatorium/simplicē se mouētē perse operantē:precedentē quidē in ipso bono :atq3 ex ipso p oia procedētem:rursumq3 ad bonū se reflectētē, In quo sane munus suum fine principioq3 carēs precipue diui nus amor ostendit, Tanquā circulus aliquis sempitern⁹ propter ipsum bonū/ex bono ībono/ad bonū reuolutiōe quādā nequaquā errante se glomerans. Et ī eodē/atq3 secundū idem progrediens semper/ꝛ manēs/ꝛ deniq3 re stitutus, Hec inclitus q3 noster in sacris litteris institu tor diuine admodū in amatoriis hymnis exposuit, Quos pfecto ꝯmemorare fas ē/ꝛ tanq3 sacrū qddā caput appo nere nostro de amore sermoni.

Amores q nq3, primus ideo, secundus inangelo tertius ī ītellectu aīe, quartus īparte aīe inferiore, quintus in natura.

Marsilius.

Ubi Dionysius vna cū Hyerotheo pceptore amo rē vim appellat ītellige motū intimū efficacemq3 ad uniendū ꝛ cōmiscēdū, Quid aūt sit unire connectere ꝯmiscere ī superioribus exposuimꝰ, Amores vº quinq3 im presentia numerat, Primū qdē diuinū, Quo se ipsum de us amat:amatq3 alia se amādo, Ex hoc primo amore/ex quo accēduntur oēs/factū est/vt vnu3 quodq3 quodam modo prius se ipsū q3 cetera diligat, Secūdū amorē inan gelo se amante/deūq3 ꝛreliqua. Tertiū īparte aīe nostre ītellectuali, Intelligibilia diuinaq3 uenerante, Quartū ī parte aīali ad discursionem ꝛimaginationē sensumq3 p tinente, Quo vel sensibilia simpliciter affectantur/vel ī

Amor 4x

telligibilia sensibiliter diliguntur. Quintum innatura. i. vel in potentia uniuscuiusq; anime uegetali vel incerta quadam cuiuslibet corporis qualitate ubiq; cōsentanea quedā prouiribus asciscente. Hinc ortus est & famelicus amor ad solidum & sitibundus ad liquidum. Amor insolis & floribus ad calorē. In radicibus ad humorem. In leuibus ad circunferentiam. In grauibus ad mundi cētrum. In paleis ad succinum. In magnete ad ferrū. In igne ad humorem aerium atq; pingues. In qua quidē obseruatione Platonici magnorum machinas existimāt ad in ventas. Dictamus magiam deniq; si amorem uniuerso substuleris, neq; superiora īferiorib; prouidebūt. Neq; inferiora se superioribus commendabunt nec que eiusdem ordinis sunt communionem mutuā exercebūt.

¶ Hyerothei sanctissimi ex amatoriis hymnis
Dionysius.
& Hyerotheus.

Morem siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem, siue animalem, siue naturalez dixerimus, vim quandam intelligamus unificam atq; cōmiscētem. superiora quidez mouentem ad inferiorum prouidētiaz. Rursum que sunt eiusdem ordinis ad cōmunionem mutuam adortantem. Inferiora tandem reuocātem, vt ad sublimia conuertantur.

¶ Amores oēs referuntur ad duos. Duo ad unū
Marsilius.

Ante quam amatorias uires, que sunt compluri me, ad unum primumq; amorem referat, omnes i capita duo ritu Pythagoreo colligit. Alienāq; amatorie uires sunt mundane. Alie uero mundo superiores. Mundane rursum gemine sunt. Alie animales. alie naturales. Superiores item mundo sunt gemine. Alie

quidem intellectuales/humaneq; . Alie autem angelice sunt atq; diuine. Mundanis intellectuales presunt. Intellectualibus autem angelice. Angelicis tandem amor ipse diuinus. Hic autem in ipsa primi boni luce poenes se micante mirabiliter intus accensus/mox quasi foras emicat: variosq; peruaria spirat amores. Omnia deniq; passim amantia/informa quauis amanda primam consequenter amant: formarum amorumq; omniu; principiu; atq; finem.

¶ Einsdem ex eisdem hymnis.
Dionysius & Hyerotheus.

Actenus multos amores ex uno pendentes dispo suimus: diximusq; deinceps quales sint notioes uiresq; amorum tu; mundanorum/tum mundo superioru;. Quibus sane mundanis secundum designatam orationis intentionem presunt ordines ornatusque intellectualium intelligibiliumq; amorum. Super eos autem exstant ipsi perse intelligibiles atq; diuini amoru; ibi reuera pulchrorum. A nobisq; prouiribus propria sunt celebrati. ¶ Nunc iterum resummentes omnes inunu; & conglobatum amorem amorum omnium patrem colligamus simul atq; congregemus. Primo quidem exmultis induas cogentes amatorias vires vniuersales. Quas quidem omnes continet regitq; absoluta totius amoris causa poenes principium omnia supereminens. Ad quam contendit pro cuiusq; natura vniuersus rerum omnium amor.

¶ Vis amatoria exprimo bono luminis instar per omnia profluit/resluitq; circulariter in ipsum bonum.

Marsilius.

EAdem uidetur esse lux/ qua sol & lucet intus/& foras emicat: emicansq; illuminat omnia. Eadem

rursus qua omnia hec illuminata: tum inse ipsis nitent/ tum transuerso radiorum iactu refulgent in alia: tum etiaz recto quodam proiectu remicant erga solem. Ubi sane Plotinus excogitat/ipsum met solis lumen ex sole perpetue dependere/comitariq; solez vbiq;: ac versus solē vndiq; se reflectere. Similiter quoniã deus ē ubiq; amor quoq; quo deus se ipsum/aliaq; diligit: est ubiq;. Dū vero se ipsum aliaq; amat/ amorem cunctis accendit: quo se ipsa deum/ et alia diligant. Accēdit autē amorem hunc omnibus/ vel extremis gradibus uniuersi: quando quidem ipse pariter est vbiq; et omnia diligit. Uniuscuiusq; vero amor ratione taz necessaria pendet ex primo/quatenus illinc oritur et conseruatur atq; mouetur: vt unica quedam vis amatoria uigere uideatur vbiq;: ex primo quidem bono suspensa et inse ipsa residēs sicut lumen in sua passim puritate consistit/nullis imistū reflexa deniq; in primuz bonum: luminis instar: quatenus omnia in bono quouis amando\ primuz consequenter optat: bonoruz omniuz bonū. Sicut autez solaris radius vbiq; virtute vigens/ non tam efficit / vt omnia vbiq; luceãt; ꝙ vt omnia quodãmodo caleant/uiuãtq; multa calendo potiusquã lucendo: sic ad bonum vbiq; presens/nō cōsequitur: vt singula cognitionis eius sint capacia: sed amoris. Omnia enim semper ꝙ bonū ipsum amant/cognoscunt vero vix tandē ꝙ paucissima. Amor igitur ad consequendū bonuz/hauriendãq; inde uitam/ magis amanduz est necessarius ꝙ cognitio. Quãobrem radiorū illa catena insuperioribus introducta que apprehensa supplicantē trahit ad bonū: est amor potiusquã inuestigatio diuinorum.

¶ Eiusdem ex eisdem hymnis.

Dionysius atq; Hyerotheus

Se iam, has iterū colligentes in unum dicamus unā quandam esse simplicemq; uirtutē se ipsa mo uentem ad unificam quandam cōmistionem, ex ipso bo no usq; ad extremū uniuersi: abeoq; rursus deinceps p oīa ad ip̄ bonū, ex se ipsa, & per se & i se ipsa semet incircu lum reflectentē: atq; in se ipsam semper eodem modo se glomerantem.

¶ Materia est inferior ente: deus ente superior. Cum materia bonum appetat, multo ma gis reliqua bonum optāt. Item de malo demonum.

Marsilius.

Quem admodū alibi diximus res unaqueq; esse possidet in hac specie aut illa, per hanc formā aut illā. Ipsū ergo simpliciter eē: simpliciter ē performā. Qua propter materia cū perse careat omniforma, merito nec proprium habet esse: sed mutari uidetur a formis: nec ipsum sibi aliquando vendicare. Semper enī sub speciei alicuius esse latet: hoc iterum amissura. Dicitur ergo nō ens: sed ente deterior. Deus quoq; non ens: quia vide licet nulla definitus est forma. Sed ente sup̄ior. Quoniā auctor est formarū. ¶ Et si naturales inclinationes ad certos quosdā terminos contendentes in ipsis rerum formis sedem habent: ceu inclinatio quidem ad centrū ingrauitate, sed ad circunferentiam, in leuitate: inclina tio tam̄ ad omnē terminū pariter atq; formā, non potest ī aliq̄ formali s̄ poti⁹ īformi formabiliq; ꝯsistere. Inclina tio igit̄ ad formas quaslibet ī materia, ē ipsa materię for mabilitas procliuior ad formam quamlibet q̄ sulphur ad ignē. Materię igitur expositio tā prompta vel agilis ad subeundas formas imagines primi boni, est naturalis quędam appetitio boni. Cū igitur non ens eiusmodi

quod fingitur umbra quędam cõfusa boni necessario bonum appetat: multo magis ens quodlibet quod per formam est imago quedam boni bonũ appetit. ¶ Inter hęc ambigitur/ vtrum demones a deo rebelles bonum diligant nec ne: & qua ratione sint mali. Quid de malum sit/ & inquo/ & vnde: & quomodo prouidentia dei/ malũ permittat alicubi. ¶ Appellat Dionysius malorũ demonũ turbam prosylon idest procliuem ad materiaz/ addictam de materię. Siue aeria quędã mistaq3 corpora post peccatum demones sint induti/ quod Platonici cõprobant & Greci theologi non negabunt. Siue ad materialem (vt ita dixerim) cultum afficiantur/ animosq3 alliciant ad materiam. Quod etiam Platonici confitentur. Putat vero Dionysius/ sicut omnia bona exprimo bono proficiscũtur: sic omnia mala scilicet nostra exprimo malo demonum depẽdere. ¶ Plotinus una cum Platone ipsam simpliciter malorum originem esse vult materiã. Malorum vero nostrorum inclinationem animę ad materiaz: siue ex se ipsa: siue incitamento demonuz pronior ad hãc euadat. Sit igitur vel materia: vel mutatio quędam in demonibus aut animis accidens/ origo malorũ/ dum modo non sit principium malorum efficiens: sed deficiens. Ipsa vero materia proprię neq3 bonum est: neque malum. Non quidem reuera bonum. Ratio namq3 boni est/ cuis gratia sit aliquid aut fiat. Nullius autem materię gratia est enim infimum. Item neq3 reuera malum. Cum sit ex bono: boni auida. Sed necessarium proprie nominatur. Cum sit tantum gratia cęterorum sitq3 incboatio necessaria. Videtur ergo eiusmodi necessarium item bonum malumque medium obtinere.

Dionysius.

Prosylon

Vnde mala

Causa deficies

Bonum

¶ Cum omnia bonum appetant/ cur demones non diligunt ipsum bonum. Item unde demon malus. Quid de malum sit & unde.

Dionysius.

Dixerit forte quispiam: si pulchrum bonumq; omnibus est amabile/ desiderabile diligendum/ appetit enim ipsū id quoq; quod non ens appellari solet (vt est dictum) contenditq; quodāmodo in ipso esse. Ipsumq; bonum est: quod etiā informibus formā facit. Atq; in ipso non ens ratione quadam super essentiali dicitur/ & existit. Quonā pacto turba demonum pulchrum bonumq; non desiderat? Sed materię dedita: & ab angelica circa boni ipsius desiderium/ identitate/ delapsa/ malorum omnium causa/ & sibi ipsi/ & alus quecunq; depravata sunt/ dicitur extitisse. Quo rursus modo demonica gens ex bono profecta / speciem boni nequaquam pręfert? Aut quomodo bona ex bono facta/ mutari potuit? Et quid nam ipsam reddidit malam? Et omnino quid est malum. Et ex quo initio substitit. Et in qua rerum est. Item quomodo deus ipse bonus/ malum facere voluit: aut volens potuit. Atqui si ex alia causa malum trahitur/ quę nam alia rebus causa est pręter ipsum bonum. Denique cum sit prouidentia/ quonam modo malum est. Aut omnino fit. aut certe nō tollitur. Et quo pacto aliquid ipsum dimisso bono desiderat.

¶ Malum nec habet efficientem causam: nec ipsū est causa efficiens: nec est aliquid ipsa essentia malum. Item quomodo non ens dicatur de malo. Quomodo de primo bono.

Malum 79

Marsilius.

Cum naturalis intentio agentis cuiusq3 sit aliquid simile sibi pro viribus generare/ et quo queq3 causa magis est particeps bonitatis: eo magis possit sibi similia procreare: consequens est/ vt ipsum bonu3/ facillime similia sibi et valeat et velit efficere. Malum vero bono dissimillimum est atq3 repugnas. Malum igitur non fit ex bono. ¶ Sed neq3 malum efficit et generat aliquid. Efficere enim atq3 seruare propria est ipsius boni ratio. Nequit autem esse/ ratio mali repugnantis bono. Immo ratio mali contraria est rationi boni scilicet perdere. Malum igitur nullius rei causa est efficiens. ¶ Hic sequitur ut malum nec ex malo sit tanquam ab efficiente causa: nec etiam ex ipso primo bono. Immo neq3 ex quouis bono. Vna queq3 enim res tunc maxime generat/ quando maxime in natura sua bene se habet. Ratio igitur generandi efficiendique bonitas ipsa est. Cum itaq3 vnumquodq3 qua ratione bonum est/ eadem et naturaliter agat/ sequitur/ vt bonum faciat. Malum igitur non fit ex bono/ qua bonum. Quamobrem cum malum: nec ex bono: nec ex malo tanquam ab efficiente Causa fiat/ nec ipsum insuper tanqua3 efficiens agat aliquid: merito/ nec efficiens causa est/ nec efficientis effectus. ¶ Preterea quicquid est ipsa sua essentia tale/ est etiam tale totum. Atque conuerso. Sicut quod per essentiam calidu3 est/ calet vtiq3 totum. Siquid ergo fingatur se ipso idest secundum essentiam malum omnino malum est futurum. atque vicissim. Non potest autem esse per essentiam malum. Quoniam esse tanquam bonum naturaliter omnibus est optabile. Igitur non omnino malum. atq3 contra nulla res potest penitus esse mala.

Boni malum

totu

Cum enim malum significet defectum atq; pernitiem:
nihil erit essentię reliquum / vbi malum integrum con
fingetur. Non est igitur malum aliquid per essentiam.
Itaq; quod malum dicitur / siquid modo est / ipso quidem
suo esse / bonum est. Malum vero peraccidens scilicet per
defectum. Quo videlicet a bono quodam deficit. Quod
quidem expediret ad esse. ¶ Proinde naturalis entium
omnium / ⁊ agentium appetitio contendit ad bonum: ⁊
tanquam ad principium / quod appetitum mouet: ⁊ tan
quam ad finem: inquo appetitus deniq; conquiescit. Ad
malum igitur qua ratione malū nullus intenditur appe
titus. Malum ergo vicissim / qua malum affectare non
potest bonum. Itaq; siquid fingatur ipsa sua essentia ma
lum: id tanquā boni omnino contrarium non desideraret
bonum. Sicut nec ipsa siccitas humorem expedit perem
ptorem. Quamuis subiectum olim humidum humore
iam exhausto / pristinum affectet humorē. Eadem ferme
ratione res aliqua per naturam quidem bona / per defectū
vero aliquem mala / bonum optat. Non licet ergo fingere
quicquam ipsa essentia malū. Siquidem quicquid in eēn
tię ordine computatur / bonum expetit. Fictum vero il
lud nequit desiderare bonum. ¶ Proinde / ꝙ omnia per
appetitū conuertantur ad bonum / argumento nobis ē
ex bono entia omnia pro cessisse: ideoq; bonū esse uniuer
so ente superius. Presertim cum esse non simpliciter ap
petatur: sed ratione boni. Quem admodum vero quod
est super entia corporea / non est corpus: sed toto genere
corporeo melius: ita quod est super entia / non est ens:
sed ente toto prestantius. Iam vero vbi de hoc dicimus
nō ens / hoc ipsum ibi est ens. Idest negationem illam in
affirmationem quandam mente resoluimus: dicendo nō
ens videlicet superius quiddam ente: principiumq; ētis

totiuſ atq; finem. Contra vero quando de malo nõ ens predicamus/ in negationẽ id resoluimuſ.i. in quendã eẽndi defectum. Atqui malum non eſt appellandu; ens. Adeo .ſ. vt qua ratione eſt ens/ eadem ſit & malũ. Si ita eſt/ nõ omnino malũ eſſe poteſt. Neq; rurſus cognominandum non ens.ſ. ſimplicit extra omnẽ entis cõditionẽ. Sic enĩ; nulli noxiũ foret/ nulli malũ. Preterea nuſquam ponere poſſumus omnino nõ ens/ niſi ponam in ipſo bono. Quatenus nullũ deus ens eſt: ſed totius entis cauſa/ totoq; ſuperius. Deniq; bonũ ipſu; nõ ſolũ eſt altius ente quã tũlibet excelſo: ſed etiã eſt ſublimius / quolibet nõ ente ſi forte non ens fingat quomodolibet ẽte ſuperius. Malum vero (ſicut diximus) neq; eſt ĩ ente vllo/ qua ratione eſt ẽs. Hac enim ratione bonũ eſt/ & optandũ. Neq; pro fundamento poteſt habere/ quod nihilu; ſimpliciter nominatur. Nihilũ enim non poteſt fingi malũ. Jdeſt aduerſum alicui/ aut mancũ. Sed fundamentũ habet ẽs aliquod atq; bonũ. Jnquo videlicet eſt aliquis bene ſe habendi defectus. Defectus autẽ eiuſmodi longius diſcrepare uidetur a nihilo q̃ a bono. Jn bono.n. tanquã ſubſtentaculo quodam/ iacet/ nõ in nihilo. Et quoniã malu; ſemper alteri cuida ĩherere putatur: quod autẽ nihil cogitatur/ nõ ita fingitur; ĩherere vero a ſubſtantia eſt alienũ ideo malũ fertur habere ꝯditiõem quãdam a ſubſtantia diuerſam/ potius q̃ quod nihilũ appellatur. Eſt & alius textus ſignificãs malum magis diſcrepare a bono q̃ nihilũ/ ac ſimiliter ab eſſentia. Jd ergo ſic expones/ malum ledere bonũ eſſentiamq; poſſe. Quod vero fingitur nihilũ/ oĩo ledere nihil poſſe. Cum eiuſmodi textu conſentit Proclus in libro de malo.

Maluũ non eſt ens

¶ Jdem. Dionyſius.

Ec forſan dicat eiuſmodi diſputatio dubitãs. Noſ autem ad monebimꝰ dubitantẽ: vt rerum aſpiciat

veritatem. Atqui hoc primuz audebimus dicere. Malū ex ipso bono nequaquā existere. Ac si ex bono sit non esse malū. Nō eniz ignis est frigefacere: nec boni facere non bona. ¶ Preterea si quę sunt/omnia ex bono procedunt natura eniz boni est/producere atqz seruare. Mali vero perdere atqz dissoluere/profecto nullū existentium est ex malo. atqui nec ipsuz malū erit. Siquidē se ipso sit malū. atqz nisi ita fit/nō omnino malum erit maluz. Sed boni portionē quandā/per quā sit habebit. Itē si quęcūqz sūt pulchrū bonūqz petunt: ⁊ quicquid agunt ꝓpter id qđ videtur bonū faciūt/oīsqz reruz intentio bonū spectat/ vt principiū atqz finē: nihil. n. mali naturam spectans facit quę aggreditur faciēda. Quonāmodo in ordine reruz erit malū? Aut q̄ pacto ī reb⁹ oīo ē aliquid: cū huiusmodi bono appetitu sit destitutū? ¶ Rursus q̄cunqz sunt ex ipso bono dependent: ipsumq̄ꝫ bonū entibus est superius: siquidē in bono etiā quod non ens dicitur/ens existit. Malum vero neq̄ꝫ ens est. Propterea nec est omnino malū. Neqz rursus omnino non ens. Nihil eniz erit ipsum quod dicitur omnino non ens: nisi per rationem quandā ente superiorem in ipso bono dicatur. Bonum itaqz ⁊ ipso simpliciter ente ⁊ ipso non ente multo prius in se ipso cōsistit. Malū vero nz in his q̄ sꝫt/nz ī his q̄ nō sūt existit. Sed ⁊ ab ipso nō ēte alienius ē ⁊ distanti⁹ q̄ꝫ a bono: minusqz habet substantię rationez. Legitur aliter. Sed ⁊ magis q̄ꝫ non ens/a bono ⁊ essentia dissidet.

¶ Quę dubia cōtingāt si dcatur malū nihil esse.

Marsilius.

Qvia malum negauit habere essentiā/eiusmodi dubitationes incidunt. Virtus ac vitiū conueniūt ingenere quodam qualitatis ad animū pertinentis/neq̄ꝫ differre interse posse videtur nisi ineo q̄ꝫ quali

tas illa quidē bona est/hęc autē mala idest' quoniam illa voluptatez reddit bonā hęc vero malā, Igitur si maluz nō ē nō erit aliqd/quo differat vitiū a uirtute, Idē igit̄ eē uidebitur, ¶ Itē nisi malū qcq̄ sit/sequit̄ vt uitium quod uirtuti bone repugnat/nō sit malū, Pugnat certe nō solum iniustus homo cōtra uirū iustū/sed etiā i iusti tia cōtra iustitiā. Imo vero ex hoc ipso quod duo hi ha bitus cōtrarii sunt/prorsus euenit vt homines his prę diti inuicē sint contrarii, Contraria quin etiā est pertur bata sensus motio ad statuz rationis natura tranquillū, Quod si status eiusmodi bonus est/motio hęc astatu ca dens/mala iudicanda videtur, ¶ Pręterea sub ipso bo no in longissimam rerum graduumqz distantiam fit pro gressus, Quod vero nimiū distat a bono accidit fore ma lum, Pręsertim quia uidemus per hęc admodū discrepā tia bona non nunquam sublimiora multifariam impedi ri, Quod autē longissime distans a bono bonum impedit necesse est contrarium esse bono, Id ipsum vero non in iuria malum cognominabimus, Iam vero cū necessariū sit aliquid bono tandem contrariū euenire quod ꝛ Pla to in libro de scientia inquit/neqz id utiqz bonuz sit/con fert.n.bonū bono, Neqz etiaz sit aliquid minus bonum/ qua ratione bonū/necesse est eē malū aliquid/quod bono sit reuera contrarium, ¶ Deniqz siquis dixerit malum nihil aliud existimari nisi quendam essentie interitum responderi poterit malum non propterea ex ipso rerū ordine tolli siquidē corruptio aeris ad generationē essen tiamqz ignis necessaria est ꝛ cōferens vniuerso, Ideoqz ꝛ esse aliquid ꝛ posse nō nihil,

¶ Idem, Dionysius.

Ixerit ergo aliquis/unde nam igitur erit maluz,
Nisi.n.malū sit, Virt⁹ ac uitiū erit idē: uniuersale vz uitiū idē erit/qd uniuersa uirt⁹, Particulare similit̄

idem quod uirtus particularis. Aut saltē quod uirtuti ad versatur/non erit malū. Cōtraria profecto tēperātie intēperantia est/iustitieqȝ iiustitia. Neqȝ tamē dico iustum hominē & i iustū. Rursumqȝ temperatū atqȝ itemperatum inuicē dixidere/uerum etiā ante foris apparentes probi viri ad iprobum discrepantiam i ipso aīo auirtutibus oīo uita distant & ratione motus dissidēt perturbati. Propterea necessariū est concedere malum aliquid eē bono cōtrarium. Neqȝ enim bonum sibi met repugnat. Sed uniuersū bonū uelut ex uno principio ductū/unaqȝ causa genitū cōmunione quadā īuicem & vnione & amicitia gaudet. Neqȝ rursus quod minus bonū est/ maiori bono contrariū est dicendum. Quia nec minus calidum aut frigidū minus calido frigido ve repugnat. Malum igitur est inrebus: atqȝ ē aliquid. Et ita dūtaxat est oppositus cōtrariūqȝ bono. ¶ Ceterum siquis dixerit malū esse ipsum rerum iteritum. Non propterea cōuincet malū in rebus oīo nihil esse. Sed ita erit malum q̄ȝ ens aliq̄d tanquā cōferēs ad entia generanda. Nō ne sepe huius interitus generatio fit illius. Atqui malum ita conducet ad plenitudinem uniersi: ipsi per se prestans/ ne sit imperfectum.

¶ Malū qua ratione malū est/nihil generat: sed virtute boni fit generatio.

Marsilius.

Quando aer extenuatur in ignem/interitus quidē aeris/quem malum dicimus nihil generat: sed uirtus ignis/aut solis/que bona est/ignem generat tanquā bonum. Nec fuit naturalis intentio uirtutis illius aeris formam perdere/imo formā ignis efficere. Abiit vero aeris forma dum ignis forma succedit. ¶ Neqȝ putare debet quispiam malum atqȝ bonum ratiōe quadaȝ dūtaxat interse differre. Nam & re ipsa discrepant. Generatio si

Boni ac malum Dnt roe et re

militer/ et interitus. Neq3 malum esse potentiam quandam perse existentem: neq3 quoquomodo potentiam: sed potius inpotentiam. *Maluz se solo nil boni agit*

Idem Dionysius.

D hęc autem vera ratio respondebit. Maluz qua ratione malum est/ nullã essentiã/ vel generationē facere. Solum vero deprauare/ atq3 perdere quantum ĩ ipso est/ rerum substantiã. Siqs autem ipsum generationis dixerit auctorem/ proptereaq alterius pernitie/ pręstet alteri genituram/ respondendum est reuera: non qua ratiõe perdit: generationem aliquã elargiri: sed qua corruptio maluq3 ẽ uiolare solum/ atq3 deprauare. Generationem vero essentiãq3 effici propter bonum. Atq malũ perse quidem erit interitus. Auctor vero generationis propter bonũ. Et qua qdem ratione malũ est/ neq3 est ẽs neq3 entiũ effectuum. At propter bonum/ et ens est/ et bonum auctorq3 bonorum. Jmo vero neq3 est quicq̃ secundũ idem bonum/ atq3 malum. Neq3 rursus eiusdẽ est interitus/ et generatio idez. Neq3 qua conditione malum est/ eadem est/ et potentia. Neq3 quędam perse potẽtia/ aut quidam perse interitus. Jpsum nanq quod dicitur perse malum: neq3 ens dicẽdum est/ neq bonũ/ neq generationis effector. Neq3 rerũ auctor vel bonoꝝ. *Maluz per se pcm*

De gradib9 bonorũ. Quomõ perdefectũ boni cõtingit malũ. de potestate boni.

Marsilius.

Voluptas naturalis simul atq libera ĩ primo bono .s. deo constituit uarios fore bonorũ gradus atq3 q̃ plurimos. Ex quibus ordo mirandus cõficeretur/ sapientię pręcellentis imago. Jgitur post longũ graduum ductũ magis paulatim magisq3 a primo bono distantius malum accidit in nimio quodã videlicet defectu boni.

Angeli qdẽ ꝑfectã nacti sunt participationẽ boni atq;

vero minus plenā, Minus q̄3 cęlestia corpora, Minꝰ itē inferiora q̄euis aīata, Minus iterū īferiora corpora carē tia uita minime v̄o materia prima, Cū v̄o accidēs sit debi lius q̄ substātia, Ideoq3 sit proclīuiꝰ ad defectū, Meri to malū prius cōtingit īaccidente q̄ īsubstātia, Quāob rē defectus malūq3 ī aīa nō circa substantiā eius / sed circa accidētia potius uersari uidet̄, s, affectꝰ & motus & actio nes, In corporibꝫ aūt īferioribꝫ malū p̄ter accidentia at tingit q̄3 substantiā, Tāta v̄o ē ipsius boni potestas / vt ēt ipsa priuatio / q̄ reuera malū cognomitatur ībono hēat fir mamentū, i, īessentia quadā / quę q̄dē perfectione aliqua priuata cēsetur, Neq3 ualeat quisq̄ repugnare primo bo no nisi peruim aliquā vel motionem tandē abeodē bono pendentem, Deniq3 materia prima / quam formis oībus natura sua priuatam fingimus ideoq3 singulorū bonorū cogitamus exptē nō est a bono pœnitus destituta quan doq̄dē ab ipso depēdet facillimeq3 paret ipsi quomōcūq3 formanti / formasq3 tanquā boni ipsius imagines auidissi me uidetur asciscere,

¶ Idem, Dionysius,

Bonum v̄o quibus perfecte īest pfecta pura ītegra bona facit / sed quę minus ip̄s participant / īperfe cta bona sunt: hac ppdefectū boni / permista, ¶ Omnino quidē malū nō ē ens neq3 bonū / neq3 beneficū. Sed q̄d magis aut minus propinquat bono / pro ipsa a propinquā di mensura fit bonum , ¶ Siquidem perfecta bonitas p omnia se diffundens / non solum ad illas quę sunt circa ipsā substantias optimas accedit: sed ad extremas usq3 procedit: aliis quidem summopere pręsens / aliis autem inferiore quadam conditione: aliis tandem infimo q̄dam pacto / quatenus singula pcipere possunt, Jam vero alia bonum prorsus participant, Alia v̄o magis minus ue īde degenerant, Sed alia tenuiorē boni pręsentiam sortiun

acns

vbi maluz

M̄a prima

tur. Aliis deniq₃ uestigium boni contingit extremum. ¶ Atq nisi bonum unicuiq₃ pmodo cuiusq₃ se praestaret diuinissimaq₃ diuinissima quęq₃ ꝛ antiquissima infimoꝝ ordinem obtinerent. Quonãpacto fieri poterat? Ut unica ratione singula bonum participarent. Quippecũ non omnia sint ad exaptam participationem eius accomodata. Nunc autem hęc poenes bonum ẽ magnitudo potestatis excedens / ꝙ ipsa etiã quę priuata sunt ꝛ ipsam priuationem sui corroborat / secundum participationem sui vbiq₃ productã. Deniq₃ si oportet uera audentius confiteri / illa etiam quę repugnant bono / ipsa boni uirtute ꝛ existunt ꝛ repugnara ualent.

¶ Ipsum bonum est super essentiam. Et quicqd cadit a bono decidit ab essentia.

Marsilius.

Si ipsum bonum compares ad ens uniuersum / habet ad hoc principii rationem. Primo quidem quia quodlibet ens est boni particeps. Secundo quia priuatum bono orbatur essentia. Non tamen ita se habet ad essentiã corporea quęvis qualitas vel uita vel intellectus. Nam ꝛ seorsum ab his esse quamplurima possunt. Tertio quoniam entia singula bonu₃ appetunt tanquam finem itaq₃ omnium est principium. Uita q₃ ꝛ intelligentia se ad bonũ similiter habent. Primu₃ ergo principium omnium non appellabis intelligentiam aut uita₃. Tum quia duo hęc essentia indigent vt priore: tũ quia bonum expetunt / du₃ bene uiuere beneq₃ intelligere cupiunt. Tum etiam quia non omnia vitę vel intelligentię participia sunt. Rursus nec principiũ ipsu₃ appellabis essentiã. Quippecum hęc uitam ꝛ intelligentiam optet atq₃ bonum. Est itaq₃ ipsum simpliciter bonum

ens appet bo.

Bonu sup entias

super essentiam. Quoniam vero est principium ac finis essendi / merito quatenus quelibet a bono cadūt / eatenus ab essentia decidunt atq; uicissim. Quod qdē exēplo rerū naturaliū moraliūq; apparet

Quatenus q̃dlibet destituitur abono ēt priuatur ēentia. Ita vitiosus homo quātū rōis bono caret / tātū substantia caret.

Dionysius.

Ceterū vt sūmatim dicā / quęcunq; sunt / qua ratione sunt / eadē sunt & bona exstuntq; a bono. Qua vero destituta sūt abono / neq; bona sunt neq; subsistūt. Nempe ĩceteris qualitatibus velut ĩcalore vel frigore ita se res habet / vt quę calefacta fuerit etiā super eē possint postquā calor illa deseruit. Pleraq; etiā sunt quidē tā & si vite & intelligentie sunt expertia. Deus quoq; semotus est ab essentia & super essentiali (vt ita dixerim) ratione consistit. Iā vero ĩ ceteris simpliciter omnibus tū habitu quouis amisso / tū etiam nō assumpto sunt tamen entia / & subsistere valēt. Quod autem a bono penitus destituit / nimirū nec vsquā nec vllo pacto vel fuit vel ē vel erit vel eē potest. Velut ĩtēperatus & si bono caret per cōcupiscētiā rōis expertē / atq; per eādē neq; est ipse qdē neq; ulla q̃ reuera sint cōcupiscit / iterea tamē est boni pticeps ptenuē quandā amicitię & vnionis imaginē Ira qnetiā est boni cōpos / quatenus mouetur appetitq; quę mala uidētar / ad id qđ uidet bonestū dirigere atq; cōuertere. Atqui & ipse q deterrimam uitam eligit. Propterea boni particeps / iudicandus est / q uitam desiderat & eam quidē / quę sibi uidetur optima. Ac simpliciter q appetit / vitamq; desiderat / vitamq; optimā spectat vt finem. Iam vero si bonum omnino substuleris nec erit essentia neq; vita nec appetitus neq; motus / neq; aliud quicquam.

Ordo modus, malorum

¶ Ipsum bonum est principium finis / mensura omnis essentię. Item nusquam est quicquam omnino malum.

Marsilius.

Es nulla (vt alibi diximus) qua ratione simpliciter est / efficit opus aliquod: sed qua bene ē / beneqꝫ se habet. Itē non temere: sed boni sui gratia facit. Neqꝫ appetit agere aliquid / quod quidem fit simpliciter. Sed quod bene bonumqꝫ sit. Hinc itaqꝫ concludimus ipsuꝫ bonum esse uniuersi entis efficiētem causam / ꝛ finalem. Et quomodolibet essendi mensuram. Vt quo magis aliquid boni compos est / eo magis essentię: minus ue / quo minus. Quod quidem etiaꝫ inde constat quia quod gradatim minus bene se habet paulatim ab essentia cadit. Quasi essentia quelibet ab ipso bono dependeat. ¶ Potest quidem aliquid omnino bonum existere. Aliquid autem omnino malum inueniri nusquam potest. Malū enim intelligimus vbi / vel minima est: vel minor quaꝫ oportet participatio boni. Quę quidem quodammodo ī essentia quadam fundamentum habet vbiqꝫ. Vt cecitas in oculo / morbus in uiuo. Quod si neqꝫ sit oculus: neqꝫ uiuens / non erit alicubi cecitas / aut morbus. ¶ Oppositum igitur ipsius itegri boni / quod sane fingitur maluꝫ integrum / existit nusquam. Oppositum vero alicuius boni idest cecitas visionis morbus ve sanitatis / ꝗquomodo reperitur alicubi.

Bonū causa eff. et finalis

Maluz p se ubi

Maluz singl̄re

¶ Idem. Dionysius

Quod igitur coruptionē generatio sequatur. Non ē id quidē mali potestas: sed minoris boni presentia. Quemadmodum / ꝛ morbus / defectus quidē est ordinis: sed non vniuersi. Si enim totus ordo desit: neqꝫ morbus ipse subsistet. Manet autem: estque non

similitudo mali

nihil morbus/quatenus essentiam habet minimuz ordinem. Inqua sane uelut fundamēto subsistit. Quod enim uniuersi boni expers excogitatur/ neq3 est aliquid: nec in existentibus reperitur. Quod autem mixtum est/ id propter bonum est inordine rerum. Atq3 secundum hoc ipsum reperitur in rebus. Atq3 est ens/quantum est boni particeps. ¶ Imo vero quę sunt omnia eatenus magis minus ve sunt / quatenus/ & boni participia sunt. Jam vero/& in eo quod esse ipsum dicitur quod nec vsquam/nec ullo modo ibi est:nec erit quid usquā. Quod autem quodammodo quidem est/quodammodo uero nō nimirum/& quantum ab eo decidit quod semper est sane non existit. Quantum vero ipsius esse fit compos/tantū q̄3 cōsistit. ¶ Atq & simpliciter eē q̄d nō ens censetur/ab ipso q̄d semper pœnitusq3 ē ens/cōtinetur atq3 seruat̄.
¶ Ipsum q̄3 malum ita se habet/vt quod decidit prorsus a bono/id neq3 inter magis neq3 īter minus bona sit futur℞. Quod v̄ quodāmodo q̄dem bonum ē/ q̄dāmodo v̄ nō bonū/aduersetur sane cuidam bono. Non aūt toti bono. Atqui & ipsum participatione quadam boni regit̄ atq3 cōtinetur. Nēpe bonum ipsum sua quadā participatione ipsā q̄3 sui priuationē quadā quasi essentia donat.
¶ Profecto si bonū prorsus abierit/nec erit uniuersalit̄ bonū aliq̄d. Neq3 mixtū q̄cq̄3. Neq3 malū ip̄3. Si.n.ip̄3 qō dicitur malū ē īperfectū bonū/nimirum peruniuersā absētiā boni/& īp̄fectū/& p̄fectū bonū aberit. tūc p̄fecto dūtaxat erit apparebitq3 malū/q̄3do aliis q̄dē erit malū quibus est ɔtrariū:ab aliis aūt pēdebit distinctū tanquā bonis. Nequeūt.n.eadē secundū eadē interse ī oībus repugnare. Malū igit̄ nō pōt existēs aliquod esse.
¶ Malū nec ē ī reb℞ p̄cedētib℞ a bono:nec ī bono: nec exbono. itē sibonū m̄lūq3 sint duo cōtraria/neq̄unt uel exse ī uicē vel exuno principio proxime proficisci.

Nil est in o̅ib℞ bono repugnans

Marsilius.

Robauit hactenus malum non esse ens vllum, i. (vt Paulo elegantius loquar) aliquid per se existens. Probat vero deinceps malū nō ita esse in aliquo existēte vt pars eius vel qualitas cēseatur. Cū enim causa prima, i. bonū in omni effectu longe magis lati usq3 agat q̄3 cetere causę, nihil i aliqua re ad naturā eius ullomō pertinēs, reperiri potest, quod nō ab ipso bono procedat, magisq3 semper illinc dependeat q̄3 aliunde. Preterea cū causa prima ad suaz similitudinē i effectibus oibus absoluendā sit causarum eius potentissima, concluditur quicquid naturaliter in aliqua re tāquā essentia vel pars vel qualitas, vel actus eius est, id omne tāquā efficacissime dependens & cōseruatu cōprehensumq3 a bono, nō malum esse sed bonum. Si consideramus ipsum simpliciter bonum, cū hoc sit pricipiū vniuersi, nec solū faciat bona omnia, sed etiam quę forte labi uidentur in malum interim potestate ordineq3 mirabili reducat in bonum, nimirum in hoc malum esse non potest, vel ex ipso, vel aliunde procedens. Sin autem bonum simul atq3 malum consideremus tanquam duo quedam inter se contraria per longam videlicet distantiam pari lance distincta, neutrū potest vel ex altero esse, vel in altero. Cogimur autem parem hunc numerum contrariorū binariū ad superiorem referre alicuius principii vnitatem. Sed nequeunt hęc summopere inter se pugnantia ex uno quodā auctore simul sine medio proficisci. Alioquin si ita proficiscantur cum neq3 possint ita casu inter se distingui neque secundum eandem rationem ab vno eodemque fieri proxime tā diuersa, cōpellemur simplicitatē pricipii iā negare differētesq3 i ipso ponere rōes cōtrariorū in se

absolute distinctas: perquas non temere sed naturaliter uel consulto possint inde statim simulq3 repugnantia proficisci.

Idem. Dionysius.

Et qui nec inexistentibus inest malu3. Si enim hec omnia sunt ex bono: omnibusq3 bonum inest / continetq3 omnia / nimirum in his malum esse non potest. An forsan in bono malum erit? Minime. Nā nec est in igne frigidum. Nec malum in se ullum admictere potest: Quod malum etia3 reddit bonum. Sin autem fingat in bono malum esse / quonam pacto inerit. Si eni3 ex ipso concedatur existere / absurdum id quidem & impossibile. Nam vt sacrorum eloquiorum ueritas inquit / nō potest arbor bone fructus malos facere. Vel mala bonos. Sin aute3 bono malum ex se ipso non inest / an ex alio forsan tanquam principio causaq3 continget. Jam vero vel malu3 ex bono erit / vel ex malo bonum. Aut si hoc est impossibile / ex alio quodam principio causaq3 erit bonum pariter atq3 malū. Nulla eni3 dualitas est principiū. Se3 vnitas ipsa est dualitatis omnis initiū. Tam & si absurdum est confiteri ex uno eodemq3 / duo quedam prorsus interse contraria proficisci. Atq3 ita ipsum quoq3 principium non esse simplex penitusq3 vnum: Sed diuisum atque biforme / contrariumque sibimet atque repugnans.

Non sunt prīcipia rerū interse cōtraria. Neq3 etiā duo. Nec unū aliquid ī se multiplex: sed simplicissima unitas atq3 bonitas.

Marsilius.

I Manicheorum more figantur duo contraria Prima vniuersi principia. Profecto quantum contraria sunt & eque prima interse pugnabunt: quantum quoq3 utraq3 sunt pariter vniuersi principia /

similitudo
dualitas

deinceps hinc et inde genera rerum duo deriuabuntur in terse sine ulla conciliatione penitus dissidentia. ¶ Verumtamen cum per bonos vniuersi gradus/gradatim in melius aliquid atque potentius simulque simplicius ascendamus paulatimque multitudinem congregemus in unum necesse est ad unum deniqz peruenire/simplicissimum/optimum potentissimum idqz inlesum atqz prorsus imperturbatum. Huic ergo neqz recte potest fingi contrarium et nec equale. Alioquin impediri inde poterit atqz perturbari. Deniqz cum quelibet in mundo contraria videamus in vnum certa quadam proportione conciliari concordiaqz eiusmodi nequeat vel ex dissscordibus vel rursus ex multis vel etiam ex auctore multiplici prouenire alioquin a contrarietate non perueniretur in vnum. Necesse est non contraria/non duo quedam/non vnum aliquid in se multiplex/sed vnum penitus simplicissimum principatum vniuersi tenere. ¶ Merito igitur Platonici principium uniuersi dicunt omnia quantumlibet multa contrariaqz vnire. Quia ipsum est summa vnitas atqz bonitas. Vnio sane vnitatis est ipsius et bonitatis officium. Ipsa namqz bonitas dum se ipsam vnam diffundit in omnia per processum distribuens videlicet singulis et si non parem tamen quodammodo similem bonitatem innicemque amicam: dumqz vicissim perinfusum omnibus appetitum boni et inuicem et ad se vnam omnia conuocat/interim in vnam seriem et actionem atqz formam mirabiliter omnia colligit. ¶ Deniqz si quicquid ad deum pertinet in omnibus est bonum atqz consensio/sequitur ipsum nihil apud se contrarium malumqz admittere. Atqz malum nihil habere simile pertinensqz ad deum.

¶ Idem. Dionysius.

Neqz rursum possibile est duo rerum esse principia et inuicem et in uniuerso contraria atqz repugnantia.

Si enim id concedatur nec deus ipse adetrimento mole stiaqз procul aberit. Siquidem non desit quod ipsum qз perturbet. Preterea cuncta erunt inordinata/semperqз pugnantia. Atqui bonum ipsum amicitia quadam cuncta conciliat. A sanctisqз Theologis ꝛ pax ꝛ pacis auctor appellatur. Quamobrem bono omnia sibi inuicem amica sunt ꝛ consona/ex vna uita videlicet pullulātia: ad unūqз ordine certo dispofita bonum. Atqз sicut eodem quasi generis cognomento/ita conditionis similitudine/ ꝛ affectione quadam mansueta coniuncta. Quapropter malum neque est in Deo: neque diuini cōmertii quicquā habet.

amicicia ꝯcta ꝯciliantur

¶ Nullum ex deo malū: sicut nec ex igne frigus.

Marsilius.

Um vbiqз superior causa/melior sit effectu/certe causa prima ita optima est/vt sua bonitas sit substantia sua/ipsaqз simpliciter bonitas. Nec uero quemadmodum in substantia/ita nec in bonitate permutari potest. Cum igitur qua ratione bonitas ipsa est/nunquam efficiat mala/imo bona/mutariqз ex bonitate non possit/bona semper efficit omnia. Nunquam igitur ex deo malum.

¶ Idem. Dionysius.

Ed nec ex deo malum est. Aut enim concedendū erit deum non esse bonum. Aut si proculdubio bonus est/bene facit efficitqз bona. Neqз tantū ita vt aliquando tantum ꝛ aliqua bona faciat. Aliquando vero non agat/vel non omnia. Alioquin permutationem conditione eiusmodi pateretur diuersitatemque in se ipso circa id quod angustissimum est videlicet causaз. Jam vero siquidem in deo bonum ipsa sua substantia ē si permutetur ex bono/deus aliquando quidem erit/aliquando vero non erit. Sin autem participatione bonus

habeat ꝛ habebit ab alio: ꝛ alias id habebit: alias nō ha bebit. Malum igitur nec est ex deo: nec in deo neqꝫ sim pliciter/ neqꝫ per tempus.

❡ In angelo nō est malū. i. defectus aliquis boni qꝛ ē expressissima quedā imago primi boni Marsilius.

Si dicens malum/ cogitas aliquid affirmatiue re rum ordine positum/ falleris. Quicquid eniꝫ hic est/ cum ab ipso bono prorsus existat/ est necessario bonum. Nusquam igitur existit eiusmodi malum. Sin autem appellatione mali negationem ꝛ priuationem de fectumqꝫ cōuenientis alicui boni cogitas/ malū ꝛ si ali bi potes deprehendere/ non tantū potes ī angelo ponere ❡ Quatruplicē ī natura qualibet ordinē Platonici po nunt. In primo quidem gradu imparticipabilem ipsum in se naturā. Quemadmodū exēpli gene(ra) in sole lucem. In secundo participatam quidem. Sed perfecte. i. semp atqꝫ eodem modo. Quemadmodum infusum stellis a sole lumen. In tertio participatam rursus ꝛ īperfecte. Idqꝫ duobus modis. Aut enim semper quidem/ sed non eodeꝫ semper modo. Ut lumen solis lunę tributum. aut neqꝫ eodem modo neqꝫ semper/ sicut lumen solis in aere. Ne cessarium est omnino per hos gradus vbiqꝫ procedere. Nam ꝛ natura per media gradatim progreditur ad ex trema. Et causa quę uis efficiens similiores sibi met effe fectus efficit ante dissimiles. Bonum igitur a primo bo no participatum angelis quasi lumen a sole stellis cum in primo proximoqꝫ sit participationis gradu/ plene da tum est absque defectu. Igitur absque malo. Ad in feriora vero diffusum/ quasi tenebris quibusdam amis ceri potest/ duplicemqꝫ defectum subire: qualem in luna vel in aere lumē/ vel quomodolibet aliter quis iuenerit

¶ Angelicam idest intellectualē insua puritate naturā / esse quasi splendorem circunfusum diuinę luci / lucis illi us penetralia intellectualibus animis intelligibiliter declarantem / dogma Platonicum est: solemq3 diuinum in angelo tanquam inspeculo purissimo expressissimę reluce re. ¶ Inter hęc / uocabula duo notabis dionysiaca simul atq3 Platonica: scilicet theoidiam atq3 agathotypiam. Per primu3 diuina lux speciesq3 designatur. Per secun dum diuina figura. Duo hęc ad summum in verbo dei .s. conceptu eius intimo apostolus Paulus in prohemio ad hebreos collocat. Secundo vero quasi gradu Diony sius attribuit āgelo. Qui & si nō tanta3 diuinitatē a deo sortitus est quāta3 vel habet ipse deus vel edere possit nō uelit / uerūtamen tātam habet / quātā capit hactenus ordo rerū deusq3 decreuit.

¶ Idem. Dionysius.

Est i angelis etiā malū est. Si. n. āgelus specie3 bo ni preferēs / diuinā exprimit bonitatem: existēs v3 per participationem idipsu3 secūdo gradu / quod secūdu3 causa3 / est īse primo illud qđ exprimitur / certe imago dei est āgelus. Et occulti luminis declaratio. Ac speculum purū / nitidissimū / īquo inquinatū imaculatū incontami natum. Totam inse suscipiens si dictu faseſt pulchritu dinem speciei ipsius figureq3 diuine: atq3 īse ipso sincere quātum fieri potest splendore declarans secretissimi illi9 silētii bonitate3. Itaq3 nec angelis quidem inest malum. ¶ Nisi forte qs dixerit ꝓpterea malos esse / ꝙ puniāt pec catores. Sed eadē ratione castigatores errantium / mali erunt. Similiter & sacerdotes illi qui prophanos a diui nis misteriis arcent. Sed profecto nō malum est meritis affici pœnis. Imo fieri pœnis dignum. Neq3 rursus ma lum / pro merito a sacris arceri: sed contaminatū propha nūq3 euadere. Ideoq3 nec aptū q ad mittatur ad pura.

An pœne male ul' excōicatio

¶ Malū nec ī demonib⁹ nec ī aliquo ꝓprie pertinet ad substātiā: sed īfirmitatē uirtutisq; defectū: neq; tam̄ boni p͛rsus expte͂
Marsilius.

Non debemus ipsam demonū essentiā dicere naturaliter esse malam. Sic. n. ꝛ fateri cogemur semper ab ipso videlicet primo creationis sue momento malam fuisse. Itaq; nec ortā ab ipso bono pricipio rerū. Ideoq; nec esse quicquā. Neq; rursum fas est asserere demonū ex bono per aliquē naturalē motū euasisse malū. Omnis enim eiusmodi motus ab ipso bono rectus tendit ad bonum. ¶ Preterea nec ipsa potestas demonica sibi ipsi mala est. Perimeret. n. semet ipsā. Rursus siquo modo interimat aliud / nō propterea dicenda est penitus esse mala. Nec. n. interficit quodlibet. Nec aliquid totū. Omnis enim interitus desinit in materiam ꝛ inalterius ortum. ¶ Deniq; cū substantię nihil sit cōtrarium / immo inter qualitates cōtrarietas omnis existat / merito corporis nullius īteritus ab ipsa sui materiali substantia vel substantiali forma sed a suis quibusdam qualitatibus exordit͛. Quarum proportio peraccessum qualitatū cōtrariarum debilitatur. Perhanc vtiq; debilitatē infirmitatemq; dicitur egrotum corpus atq; malum. Malū igitur nec proprie pertinet adsubstantiam: nec quatenus per ipsum aliquid appellari potest malum. i. male se habens / itegrum potest esse malum. Vbi. n. integrum malum fingitur / cū nihil ibi supersit boni / nec ulla ibi corporis forma superest: nec ipsa q̄ materia prima. Hic igitur nihil dici poterit male se habere. Quicquid ergo iudicatur male se habens / habet cū aliquo defectu bonū. Siue corpus id sit siue anima siue demon.

Corruptio substa nō ħt oriuz contraria pp qualitates

Nihil penitus est boni expers

¶ Idem. Dionysius.

Eq; rursus demones sunt natura mali. Alioquin nec eēnt exbono. Nec essent prorsus aliquid. Atq nec exbonis natura mutati sunt in malos. Neq; semper extitere mali. ¶ Preterea utrum sibi met an aliis mali sint. Si forte sibi ipsis mali/se ipsos perdēt. Sint aut aliis quo nam modo interimentes/iudicātur mali. Aut quid potissimuz interimētes. Essentiā ne vel potētiā vel actio nē? Siquidē essentiā: primo quidē nō preter naturā id ef ficient. Que eniz pernaturā īcorruptibilia sunt nō corrū punt. Sed que corruptiōi sunt ob noxia. Deinde ne id q dē oibus & oīo maluz est. Jā vero neq; quicquā eoꝝ q̄ sūt perimitur q̄tū est eēntia & natura. Sed ipsa cōgrue tie cōmensurationisq; proportio propter ordinis natura lis defectū/iā ita debilitatur/ut eodē modo permanere non possit. Infirmitas vero nō est integra. Si.n.integra foret/&corruptionē ipsaz &subiectū eius e medio tolleret. Esserq; corruptio eiusmodi/sui q̄; ipsius īteritus. Quā obrē quicquid malum dici solet/ non est omnino malū/ sed deficiēs bonum. Quod enim expers omnino boni fin gitur nec usquā quidē aliquid erit. Eadē q̄; depotentie actionisq; corruptela ratio est.

nil oīno maluz

¶ Malū ī demonibus nō est essentiale qcq̄: sed defectus q̄dā affectus actiōisq; sue circa principium suum atq; finem.

Marsilius.

Emones cū quic̄qd habent eēntiale proxime habe ant ab īmenso bono/totū id habēt bonuz. Si ergo dicātur mali. Sequitur ut secundum nō nihil quod ipsi nō sunt/quod de nullo modo essentiale est/ nominentur mali. Per aliquē uidelicet casum abessentia degeneratio nēq; ab ipso bono essentie auctore. Quatenus videlicet nec affectum neq; actionis intentionem insuuz princip i

um/ ũde bene se habituri perficiẽdiq3 fuerant/ conuerte runt. Itaq3 nõ pernaturam ipsam sed per defectum agendi circa principium finemq3 suum mali fiũt. ¶ Tu vero cum dixeris demonem naturaliter esse malum interrogatusq3 deĩde fueris/utrũ semper abinitio malus extiterit nec ne/utrũ uis responderis/tibimet repugnare cogeris. Si non semper fuit malus/igitur nõ natura: quicquid enim naturaliter in est/id una cum natura semper adest. Sin autem dixeris semper fuisse malum/cogeris iterum stabilem ipsam sempiternitatis idẽtitatem cõfiteri bonũ. Cu3 enim stabilitas ad uigorẽ uirtutis attineat/ideoq3 stabiliter se habere/sit bene se habere/ fateberis demonẽ stabiliter malum/esse bene malũ: ac bene se habendo malum esse. Ob similem rationem pleriq3 Platonici malu3 suplicii negant sempiternum fore. Ne forte identitate3 stabilitatemq3/quę ad vnitatem bonumq3 tanqua3 propria pertinere putant/esse confiteantur in malo. Verum pro christianis responderi poterit insupplicio sempiterno propter penaru3 variarum diuersitatem uicissieudinẽq3 temporalem/nimirum stabilitatem veram nõ adesse.

¶ Idem. Dionysius.

Roinde quonam pacto demones/ cum a Deo facti sint/mali sunt? Nempe bonum bona producit & statuit. Verumtamen malos appellari dicet aliquis. Sed non qua ratione sunt aliquid/ mali sunt. Ex bono enim existunt/bonamq3 essentiam nacti sunt. Immo qua ratione non sunt. Quippecum ad seruandum principium suum infirmi fuerint. Quemadmodu3 diuina testãtur eloquia. Dic age ĩ quonã demões depravari dicamus nisi ineo q ab habitu actioneq3 circa bona diuina uacãt? Pręterea si natura mali sunt demoẽs/ semp fuere mali. Tã & si malum ẽ ĩstabile. Nõ ne igitur Malum instabile

q semper eodē modo se habent/mali non sunt. Sēp enim idem esse/boni proprium est. Sin autē nō semper existere mali/ nō sunt ipsa natura praui. Sed indigentia quadam bonorum angelicorum. Neqꝫ boni prorsus sunt expertes. Quatenus sunt. Viuunt. Intelligunt: habentqꝫ nōnullum desiderii motum. Praui uero censentur. Quoniam circa naturalem operationem sint inualidi. His itaqꝫ malum est aduersio quedā: excessusqꝫ ꝛ discessus. Obquem bonis sibi conuenientibus potiti nō fuerint. Defectus. Imbecillitas. Infirmitasqꝫ uirtutis perfectionē suaꝫ cōseruature. Fugaqꝫ ꝛ casus.

¶ Angeli conuertuntur vel ad deum/vel ad se/ vel adinferiora. Gradus demonum/quid malum in demonibus.

Marsilius.

ca naturaliter ideas sequit̄ ac per idealē numerū reliqua
contuetur

Idem. Dionysius.

d Iuina igit̄ sapiētia se ipsa; cognoscēs/cūcta co/ Sapia
gnoscit. Materialia q̄dē in materialiter. In par
tibiliter partibilia. Unice multa ituitu v3 uno
cūcta cognoscēs atq; producēs. Nēpe si per unā cām de

us essentiam omnibus impertit/per eandem quoq₃ causas unicam scit insuper omnia. Quippe cum ex ipso sint & i ipso ante subsistant. Neq₃ igitur ex rebus reru₃ accipiet notionem: sed ipse singulis id prestabit ut & se & alia noscant. Deus igitur non aliam quidem sui alia₃ uero aliorum scientiam habet. Ipsa namq₃ omnium causa se cernens/quoniam pacto cogitari potest/que ab ipsa sūt quorūue ipsa causa est/ignorare: hac igitur ratione deus cūcta cognoscit. Nō quidē ulla rerū sed ipsa sui ipsius sciētia noscēs. Jam uero & angelos sacra eloqa tradūt terrena cognoscere: nō q₂ per sensus sensibilia discāt: sed quoniā per propriam intellectus sui quodāmodo iam diuini uirtutem naturamq₃ contemplentur.

Marsilius.

¶ Nihil notius q̄₃ deū esse: nihil ignotius q̄₃ quid sit deus.

d Eum quidē esse/quomodo se habeat ad creata/ & uicissim hec ad illu₃/ex ordine rerum gradatī inuestigamus. Quod uero sit/nusq̄₃ indagare l₃. Uere aute₃ ubiq₃ negamus/dicentes neq₃ hoc neq₃ illud est deus. Uere interim affirmamus & hoc & illud ē ex deo/& quodāmodo refert deum.

Dionysius.

¶ Affirmatōes & negatōes ī deo partī uere ptī false

i Nter hec querendu₃ est quō nos cognoscamus deum. Cū neq₃ intelligibilis sit neq₃ sensibilis: neq₃ oīo aliquid existētiū. Forte uero id reuera dicemus/nos deu₃ nō ex ipsius natura cognoscere Hoc enim ē ignotu₃. Omnēq₃ rōnem intelligentiāq₃ ex

cedit. Sed ex ipsa rerum oium ordinatissima dispositiōe ut ab ipso producta & imagines quasdā similitudinesqȝ diuinorꝝ ipsius exēplariū pferēte ad illū quidē oīa supe minet uia ordineqȝ p uirib⁹ nos ascēdere dū vȝ oīa de illo negamus singulaqȝ trāscendimus cām dūtaxat oīuȝ asserentes. Quāobrem & in omnibus deus agnoscitur: Seorsumqȝ ab oībus : & per cognitionem : & per ignorationem deus ipse percipitur: atqȝ est ipsius intelligentia, rō, Sciētia tactus, sensus, opinio, Imaginatio, Nomen, cęteraqȝ omnia. Rursus: nec intelligitur: neqȝ dicitur: nec noīatur: nec est aliquid eorū: quę sunt: Neqȝ apprehenditur in aliquo existentium. Item in omnibus omnia est: & in nullo nullum. Preterea ex omnibus cognoscitur ab omnibus & ex nullo nulli.

Marsilius.

¶ Quomodo cognoscimus deuȝ melius negando q̄ȝ affirmando. Item felicius consequimur amando q̄ȝ indagando.

Omnis perfectio spēsqȝ reruȝ affirmari de deo potest, quatenus deus uniuscuiusqȝ est effector. & exemplar & cōseruatio. Negari quoqȝ de deo, qȝ nulla est ipse deus, uel prope accedit ad deum. Similiter negari debet / quicquid mens ex cogitat & comprehendit. In eiusmodi negationibus mēs propius accedit ad deum q̄ȝ per affirmationes superiores, proxime tandem / quando post eiusmodi negationes propria tandem inuestigatione dimissa / in diuinum lumē toto se prorsus amore traducit / mirisqȝ modis illuminata & unita perfruit̄ ¶ Eiusmod quidem fruitio uera contingit proxime per amorē. Philosophica uero īuestigatio ex ordīe uniuersi

affirmo
Negat

procedens nihil ultra cōsequit̄/q̄ꝫ deū facere oīa: Itē inuicem ordinare. Preterea assignatum ordinem indis/solubilem custodire. Deniqꝫ ex eiusmodi ordine per quē infima superiorum/supremis inferiorūꝫ contigua ꝛ cō formia sunt/uniuersum hoc unuꝫ pulcherimūqꝫ existe/re: ꝛ unius sapientissimiqꝫ cōditoris testimoniū ꝑbere.

¶ Idem. Dionysius.

Tenim ista quoqꝫ recte de deo dicimus. Deusqꝫ rite ex omnibꝫ celebratur. Per quandam oīum/quorum ipse causa est/comparationeꝫ atqꝫ proportionem. est item diuinissima dei cognitio/que pignorationem quandam prouenit secundum unionē intellectu sublimiorē. Quā/do mens rebus omnibus posthabitis se ipsam quoqꝫ di/mittit: Atqꝫ ita radiis super lucidis copulatur. Et illic ꝛ ibi in scrutabili sapientie profundo penitus illustrat̄.

¶ Jam ut ex omnibus etiā sicut dixi deum inuestigare fas est. Ipse enim iuxta sacrum eloquium efficit omnia ꝛ harmonice cuncta componit contextumqꝫ ꝛ ordineꝫ rerum inuicem indissolubilem ubiqꝫ conseruat. Quate/nus superiorum fines sequentium principiis vbiqꝫ coāt tat: atqꝫ ita vnam harmonicamqꝫ vniuersi conspiratio nem pulcherrime fabricat.

¶ Quare deus ratio nominet̄. Itē ō veritate ꝛ fide Marsilius.

d Eum quatuor modis rationem nominat. primo qꝛ rationalis virtutis cā est. Secundo qꝛ oīum cārum causa. Tertio qꝛ rōnem oīum habet pro/uidenter singula vbiqꝫ dispensans. Quarto qꝛ diuina i/telligentia est simplicissima. eminentissima absolutissima veritas. formalisqꝫ ꝛ verissima omnium ratio. continēs formales omnium rationes. Ad has quidem ratōes phi singulatim contendunt. per argumentationes vel con/

tecturas, dũ rerum naturas sagaciter pscrutant. Unde uel humanã sciam uel opinionẽ postremo reportãt. Religiosus autẽ per amorẽ sũmatim directus in ipm deum rõnum eiusmodi fontẽ et simplici firmaqꝫ fide mirabiliter diuina fruit veritate. Qui sane fidei actus/cũ neqꝫ ambiguitatẽ opinionis: neqꝫ circuitus scĩe secũ habeat/ merito simplex nominatur et firmus.

Idem. Dionysius.

Ratio

r Atio uero deus a sacris eloqis nominatur non solum qꝛ rationis et mentis sapiẽtieqꝫ auctor ẽ Sed etiã qꝛ causas oĩum uniformiter in se anticipat/ et quoniã p singula discurrendo dispensat vsqꝫ ad oĩum finẽ. Ut sacra tradũt eloquia. Atqꝫ preterea quoniã diuina ratio super oẽm simplicitatẽ se ptẽdit. Et ab oibus secundũ sup essentiale mun⁹ eminent absoluit. Hec utiqꝫ rõ est simplex vereqꝫ existẽs veritas. Circa quã ut purã et nusqꝫ ab errantẽ vniuersoꝝ cognitionez fides diuina cõsistit/stabile credentiũ firmamẽtũ: q̃ quidẽ hos in veritate collocat/atqꝫ ĩ ipsis collocat veritatẽ idẽtitate quadã/ Nunqꝫ dissuasibili/simplicez veritatis cognitionẽ habentibus qui iam crediderunt.

Cognitio veritatis coniungit. Ignorantia vero disiungit. Sola diuina fides firma.

Vnio

c Ognitio quidẽ coniũgit. Ignorãtia vº disiungit Utraqꝫ modis tribus. Nempe si tres viri verã de re aliqua naturam recta ratione cognoscant Cum illa sit vna/similiter in vno quodam tres conueniunt. Deinde vnus quisqꝫ trium ea de re consentit ipse secum. Preterea rem ipsam ita cognitam semper firmissimam tenent. contra vero si tres alii circa id veritatem non assequantur/in tres falsas opiniones facile disiunguntur. Rursus eorum quilibet seiungitur a se ipso.

Item ex habitu quisq3 suo vel sententia facile deturbatur. Si humana ratio circa rerum scientiam tantã vnionem stabilitatemq3 nobis affert/multo maiorẽ fides circa diuina ex alto nobis infusa. hinc fit ut philosophi quidem etiam scientes humano saltem ingenio diffidere cõpellantur/neq3 sententiam semper actione confirment. viri autem afflati diuinitus fiducia testificentur & opere. Quãtum deniq3 plato nostre dionysio noster placuerit declarat aurea de animo diuinitus inspirato sententia & a platõe ĩphedro pbata & hic a dionysio cõfirmata

¶ Idem. Dionysius.

Proinde si cognitio / cognoscentes inuicem cognitaq3 coniungit/ignorantia vero pmutat semper ignorantẽq3 a se ipso seiungit/ nimirum eu3 qui in veritate credit ut sacer tradit sermo/nihil ab ipso vere fidei firmamento uel causa dimouet. In qua sane constantiam ĩmobilis inmutabilisq3 idẽtitatis habebit. Qui enim veritati coniunctus est/q3 bene se habeat profecto nouit/etiam si multi eum corripiant velut amentem. Latet enim eos/ut par est/hunc ipsum ex errore iam erutum per intemeratam fidem excedere veritati coniunctum. Ipse vero reuera seipsum nouit/nõ ut ferunt illi furentem:sed ab instabili omĩfariamq3 variabili errore semotum:propter ipsam veritatem simplice3 semperq3 secundum eadem & eodem modo se se habentem/hac itaq3 ratione diuine sapiẽtie nostre precipui duces pro veritate quotidie mortem obeunt testificantes ut decet omni sermone simul & opere:pro singulari christianorum veritatis cognitione:hanc videlicet esse omnium scientiarum simplicissimã atq3 diuinissimam. Immo hanc esse solam veram/vnicamq3 hanc simplicem diuinorum cognitionem.

fides unit ac colligit 5.63

sola uera

¶ Quomodo deus potentia uel virtus cognominatur.

Marsilius.

q Uod greci dynamy vocant/proprie potentiã interpretamur/ & ptãtẽ. Tam & si virtutẽ pro potẽtia vsus iam comunis usurpauisse videt. Deus igitur potentiã vel virtutem religionis antistites nominant: non q̃ deus proprie per formã sit illa virtus q̃ne ineffectum prodit & indefinitionem ex cogitationẽue p/uenit. Sed quoniã oẽm potentiam super potentiã eminẽter anticipat: & vnicuiq3 potentias semp infatigabilit̃ vbiq3 distribuit: atq3 q̧ ipsa potentia vniuersalis simul & particularis & eẽ possit ex istatq3 potẽtia deus efficit.

¶ Idem. Dionysius.

u Erũ qm̃ diuinã veritatẽ ipsamq3 supra modu3 sapiẽ sapiam/theologi etiã ut potentiã & iustitiã salutẽq3 & redemptionẽ appellant. age ista q̃3 cognomenta pro viribus explicemus. Summam quidem deitatem omni potentia quomodolibet vel sit vel cogitetur eminentissime superiorem esse/neminem reor qui in diuinis litteris versatus fuerit/ignorare. Pluribus enim locis theologia diuine potentie dominationem potestatum quoq3 super celestium palam assignat. Quo igitur pacto illam theologi celebrant ut potentiam. Que vniuersa potentia est eminentior. Aut qua ratione in ipsa hoc ipsum potentie virtutisue nomen accipimus.

¶ Dicamus igitur deum esse potentiam. Quoniam omnem in se ipso potentiam anticipat & comprehendit: omnisque virtutis est causa omniaq3 per virtutem nusquã inclinantem incircumscriptamq3 producit causaque est vt ipsa virtus siue vniuersalis siue pticularis existat

pc & virtus

Potentia

¶ Idem. Dionysius.

¶ Quomodo dei virtus dicitur infinita.

d Ei uirtus dicitur infinita non solum qm̄ virtutes oēs producit/sed etiā qm̄ ipsam virtutē uniuersam eminēter excedit. Potestq3 sup ipsu3 potentie modū infinite infinitas preter eas que sunt alias proferre potentias. Ipseq3 nires inde pductę ēt si in infinitum prodeant infinite/nequeūt effectionē pluśq3 infinitam virtutis eius virtutē oēm efficientis obtundere deniq3 qm̄ uirtus eius oīa supans nec exprimi neq3 cognosci neq3 excogitari potest.

Signa uel argumēta q dei uirtus sit infinita.

Marsilius.

u Ltimū in clementis quidē est terra: in corporibus v̄o materia prima: ī rebus ītellectualib9 aīa nostra: in rebus oībus esse. Esse nāq3 sicut post nihilū apparet in creatione primū/sic ultimū in resolutione ppe nihilū. Diuine uirtutis efficacia ī hoc elucet maxīe infinita q infimos ordinū fines pcul a fine cōseruat stabilesq3 efficit atq3 sempiternos alioqn debiles atq3 nutabūdos & excellenti quadā pprietate donat. Ita igit̄ t̄ra stabilis sicut celū mobile: celestiūq3 capax. Materia q̄3 ita sempiterna est ut forma prima: Ita suscipit oīa naturalia sicut forma celi dat oīa. Aīa quēt nostra ad āgelicos gradus admittit̄: incorpore ēt moribūdo p uirib9 angelos imitata. deniq3 hoc ipsum q dicimus comunit̄ eē/diuina uirtute prorsus īmēsa & prodit ex nihilo p spatiū infinitū3 & seruat̄ inde'ne resoluat̄ in nihilu3 exēpla v̄o dionysii patent. vbi notabis excellētissimi sensibilis ptātem & si ad sensum puenit debilissimū/ nō tam ultra procedere: nō pterea quod ultra nō possit ipsa: s3 qm̄ deest ultra quod capiat. Similit̄ ui effectōemq3 di/

uinam etiam ultra uniuersi extrema absq; fine facile p/
cessuram: si modo finita uniuersi conditio patiatur.

Idem. Dionysius.

d Iuina virtus ppter exuberantiã potestatis/in
firmitatẽ quoq; corroborat/extremaq; vestigio
rum suorũ prepotẽti continet potestate. Quem/
admodum cernimus: et in rebus que ad mouendum sen
sum valentissime sunt. Nempe splendidissima lumina ad
hebetiores quoq; acies penetrant. Ferunt etiam ingẽ/
tes sonitus in aures quoq; ad audiẽdũ minus idoneas
peruenire. Quod enim audiendi munere penitus vacat
nec est auditus. Quodue nihil videt/nõ est visus. Illa
igitur infinite potẽs diuina distributio se per omnia por
rigit. neq; quicq̃ est in rebus quod non aliquam sortiri
potentiam valeat. Sed vel intellectualem vel rationa/
lem aut sensualem aut vitalem aut essentialem potentiã
habet. Ipsum quoq; esse/si dictu fas est/potentiã ad es/
sendum habet ab illa que super essentiã est/potestate.

Confirmatio superiorum.

Marsilius.

q Vecunq; sunt preter primum/finita sunt sem/
p q; dependẽt. igit vt talia q̃dã. s. angeli sẽper simi
literq; permaneant in eodem essendi. intelligendi. volen
di habitu/ex infinita dei potentia nanciscuntur. per ean
dem vim infinitam inferiora rursus habent: primo qui/
dem/vt que propter naturarum diuersitatem/coniugiũ
refugerent/coniungantur. Secundo ut que propter im/
petum et confluxum confunderentur. in suis spheris na
turisq; proprius sincera perdurent. Tertio ut que propt
turbam instabilitatemq; inordinata forent/ordinem sem
per obseruent vniuerso conuenientem. ad finem tam co
munem q̃ proprium vbiq; directum.

¶ Confirmatio superiorum.

¶ Idem. Dionysius.

c Et ipsa sunt diuine angelicorum ordinū potestates. Nā ex illa & eē habent pcul a lapsu: cēsqȝ suas intellectuales & īmortales sempiternasqȝ motiones: indeclinabilēqȝ constantiā, & incontaminabilem uoluntatē boni ab ipsa infinite bonitatis potētia susceperunt. Ipsa vȝ illis largiēte ut & possint: & sint hec ipsa & semper eē desiderent. Ipsūqȝ posse desiderare semper posse. Munera preterea indeficiētis virtutis illius ad homines quoqȝ procedunt aialiaqȝ & arbores & totaȝ uniuersi naturā. Que quidē munera quecūqȝ ī unionē cōueniūt corroborāt ad mutuā amicitiā atqȝ societateȝ. Rursum que discreta sunt/uirtute donant per quā ut una queqȝ secundū rōnem ꝓpriā sint atqȝ terminum neqȝ confusa prsus neqȝ cōmixta. Deniqȝ mūdi ordīes directiōesqȝ ad ꝓprium bonum vbiqȝ conseruant.

¶ Confirmatio superiorum.

Marsilius.

m Multis in secundo theologie nostre libro rationibus confirmauimus infinitam esse dei potentiā Quarum vna est/qua plurimum nititur. Dionysius & profecto tutissima. Ad durationem videlicet diuturniorem maiori opus esse virtute. Ad infinitā igitur infinita. Itaqȝ cum deus sit proculdubio perse sempiternus/virtutem per se infinitam habet. Cum vero multa preterea sempiterna sint semperqȝ agant/vel saltem semper esse vel agere ratio nulla prohibeat/ hec insuper infinita quadam virtute fulciri necesse est. Solus vero primum perse infinitum. Illanc igitur virtutem eiusmodi cōsequuntur. Ut angeli, celestia corpora etbernitas: tempus: elementorum sphere. Anime rationales/

materia prima. Item perpetua rerũ mutabilium ꝛ continuata subcessio: atqꝫ ordinata ad eadeꝫ vel similia certis temporum curriculis restitutio/infinita dei potestate perficitur. Per eandẽ elementa per se quidem erratica/locum terminũqꝫ certum seruant. Diuersa passim ꝛ contraria familiariter in vnum coeunt. Permanentẽqꝫ ad tempus: neqꝫ pereunt eiusmodi mixtione. Dãtur ꝛ quibusdam non per se diuinis/dona diuina. Nihil vsqꝫ diuine potentie munere est orbatum. Ipse deniqꝫ mũdus tanqꝫ ex rebus diuersissimis congregatus/ideoqꝫ neqꝫ per se prorsus indissolubilis/idissolutus diuina potentia permanet.

¶ Idem. Dionysius.

Diuina potestas inmortales angelicarum vnitatum vitas conseruat inuiolabiles. Celorumqꝫ ꝛ luminũ ꝛ siderũ substantias ꝛ ordines efficit inmutabiles auctor est etbernitatis ꝛ temporis. Tẽporales quoqꝫ circuitus progressionibus quidẽ distinguit restitutionibus vero colligit. Vires ignis reddit inestinguibiles ꝛ aquarum fluenta perennia. Aeriam quoqꝫ fusionem terminat. super nihil firmat terraꝫ. viuificos terre partus custodit incorruptibiles. mutuam elementorꝫ harmoniam misturamqꝫ in confusam atqꝫ indiuiduam seruat. Anime preterea corporisqꝫ nexum continet. vires arborum quibus nutriuntur ꝛ crescũt mouet ꝛ suscitat. Essentiales deniqꝫ vires omnium roborat uniuersum conseruat indissolutum deificum largitur munus: dum his qui diuini redduntur/ad hoc ipsum suppeditat facultatem. Denique nulla res est vsqꝫ quam omnipotens virtus ꝛ conseruatio dei non vbique contineat. Quod enim nullam prorsus.

potentiam hꝫ / neqꝫ est quidem neqꝫ est aliquid. Neqꝫ prorsus est eius ulla positio.

Marsilius.

¶ Declarat illud pauli: deus se ipsuꝫ negare nõ põt

Paulum apostolum dicentem deus negare se ipsum nõ põt / magus quidam elymas ĩepte admodum criminatur / quasi deum potentia quadam ita priuauerit. Descẽdit paulũ dionysius: qui his verbis dei potentiã potius ab impotentia vindicauerit. Posse enĩ deũ negare se ipsum / q ipsa veritas & essentia est / nihil aliud foret q̃ impotẽtie infirmitatiqꝫ subiectũ esse / per quã aliquãdo a se ipso a veritate ab essentia a potentia sit forte casurus. Deus igit̃ adeo potẽs sapiẽsqꝫ asserit̃ ut neqꝫ possit nõ posse qcq̃ neqꝫ cogĩscat aliqd se nescire

¶ Idem. Dionysius.

At q inqt elymas magus: si est oĩum potẽs deus q̃ nã mõ a theologo vestro aliqd nõ posse dicit̃ diuinũ hic ĩsimulat paulũ dicẽtẽ: deũ negare se ipsuꝫ nõ posse. Ego v̓o vehemẽter timeo ne ut amẽs ridear. q puerorũ ludentiũ structuras in arena fabricatas & firmasqꝫ euertere moliar. Atqꝫ huius rei verã theologi mentẽ velut inperscrutabile aliquid intẽtius cõiectare studeã. Nempe. n. seipsuꝫ negare est a veritate decidere. veritas autẽ ens ipsuꝫ est: Casusqꝫ a veritate est ab ipo ente ruina. Si igit̃ veritas ens est: ueritatisqꝫ negatio est ab ente plapsio: certe deus ab ente cadere neqt. Neqꝫ est in eo nõ esse (ut ita diximus). Et nõ posse nõ põt Et non cognoscere secundum priuationem non nouit. Quod quidem sapiens illẹ non animaduertẽs / athletas imitatur imperitos: qui sepe aduersarios suos imbecillos esse sibi per suadentes: Atqꝫ contra absentes ipsos fortiter velut adumbrata pugna dimicantes: & aerem

Marginal notes (handwritten): ops / oisciens; veritas ens idem.

cassis ictibus audacter ferientes/ superauisse aduersa/ rios opinantur. Seq3 victores iactant cu3 neq3 illorum vires nouerint. Nos autē diuinum theologi sensus pro viribus cōiectantes deum prepotentē celebramus tan/ q3 oīpotentē tanq3 beatum: solūq3 potentē: ut dominan tem euo in potestate sua. Et qui nulla rerū essentia ex/ ciderit: imo uero excedat anticipetq3 entia omnia p uir tutē essentia longe superiorē. Qui his que sūt oībus ut esse possint/ τ ut sint propter excellentis virtutis cōpia3 exuberanti profusione largitur.

¶ Diuina iustitia nō dat oībus oīa sed varia variis τ sua cuiq3 pro dignitate distribuit.

Marsilii.

D diuinam potentiam pertinet/ut uniuersum sit/ τ magnum atq3 multiplex. Ad sapientiam. ut i hac rerū ampla diuersitate/sit ordo graduū τ pulchritudo formarum. Ad iustitiā vero spectat τ hoc quod dixi comune cu3 sapientia τ id preterea/ut uariis rerū gradibus atq3 formis/uarias pro modo suo uires motiones/actionesq3 distribuat. his quoq3 pro dignita/ te uarias dotes. uarios exitus atq3 terminos. atq3 ut i suis queq3 gradibus officiisq3 sincera permaneant / nec aliis alia confundantur. singula suum exequantur mu/ nus statumq3 teneant/nec usurpēt sibi/quod est propriū aliorum. hec in re. p. latius/a/platone narrantur. Tu ve ro nota iustitiam ad deum attinere. sicut diximus uirtu tes autem que circa affectus uersantur/ fortitudinem. patientiam. continentiam. temperantiam τ similia mini me. nisi forte ratione quadam /a/ nostris longe diuer/ sa. deniq3 iustitiam non solum apud homines/ sed etiam apud superos atq3 inferos suum officium exercere. est. igit̄ Justitia preceteris diuinissima τ amplissima uirt⁹.

¶ Idem. Dionysius.

Iustitia

d Eus preterea iustitia nominatur ut sua cuiqз pro dignitate distribuens: modumqз et pulchritudinem et ordinem et ornatum/omnes preterea distributiones dispositionesqз definiens unicuiqз secundum ipsum terminum reuera iustissimum. singulis quoqз ut suum queqз opus agant/auctor existens. Omnia enim diuina iustitia ordine certo disponit atqз determinat. Custodit preterea singula seorsum a singulis nō cōfusa. Singulis deniqз quod cuiqз conuenit pro dignitate largitur.

¶ Diuina iustitia non comutat rerum naturas: sed sua cuiqз custodit et tribuit.

Marsilius.

o Rdo rerum sub diuina sapientia postulat. ut uarii deinceps sint rerum gradus. Ut alia quidez eterna sint. s. stabilia semper ut angeli. Alia vero temporalia prima. s. mobilia semper que et perse. i. intimo uigore mobilia sunt/ut rōnales aīe et quodāmō sphere celestes. Alia vō temporalia secunda ab alioqз mobilia ut ipsa secundū naturā suam corpora presertim inferiora. Alia rursus perfecta corpora ut celestia. Alia nō eqз perfecta. Sub celo insuper alia quidez actiua. Ut calor et frigus. alia vero passiua. ut humidum atqз siccū. Diuina vō iustitia sapīe comes nō peruertit ordinē a sapiētia ita dispositum/sed conseruat. Quamobrem propria superiorum munera inferioribus non distribuit: sed sua cuiqз pro natura cōfirmat et pro dignitate rependit.

aia sp mobilis

¶ Idem. Dionysius.

s Ii hec recte dicimus/quicūqз diuinā iustitiā incusant/inscii suā iniustitiā proculdubio dannāt. Aiūt. n. īmorttlitatē mortalibus adesse debere.

Impfectis perfectionē: rebus naturaliter ab alio mobilibus / sui ipsorū mouendi potentiā. Mutabilibus identitatem debilibus vim adultā. Item que tēporalia sunt esse sempiterna debere: que natura mouent / penitus immobilia. Temporaneas voluptates / eternas. Et oīno attribuunt aliis / que sunt aliorum. Cum alioquin considerandum sit / diuinam iustitiam ex hoc maxime veraꝫ esse iustitiam / ꝙ omnibus que sua sunt pro dignitate cuiusqꝫ tribuit: singulorumqꝫ naturam in ordine proprio suaqꝫ facultate conseruat.

Marsilius.

¶ Diuina iustitia permittit pios terrenis expoliari atqꝫ cōteri: ne terrenis oblectamentis a diuinorum amore flectantur.

¶ Idem. Dionysius.

a T vero dixerit quispiam: nō esse iustitie permittere viros sanctos ab improbis sine presidio cōteri. Huic igitur respondendū est / eos qui appellantur sancti si terrena diligunt / q̄bus homines terreni student / a diuino amore penitus excidisse. Nescio equidem quo pacto sancti appellari debeant / qui re vera amabilia diuinaqꝫ iniuriis afficiunt: Quatenus his illa que neqꝫ amanda sunt neqꝫ digna studio indigne cōparant: Si autem / que vere sūt amant / gratulari oportet eos qui aliqua cupiunt quādo potiunt̄ optatis. Nōne tunc magis virtutibus propinquāt angelicis. Quādo diuinorū desiderio pro viribus abōi terrenoꝝ affectione discedūt. Jā v̄ ad hoc admodū viriliť exercent̄ dum angustias honesti gratia tollerant. Quamobrē hoc dictu verius: hec poti⁹ eē diuine iustitie ꝓpriū: nequaꝗ̄ mulcere atqꝫ eneruare virilē optimoꝝ quorūqꝫ aīum largitionibus terrenorum. Neqꝫ siqs id tentet efficere



eos absq auxilio linquere: sed illos i statu poti⁹ honesto & inflexibili solidare, eisq cum sint tales secundum merita reddere.

Marsilius.

¶ Quomodo diuina iustitia sit salus omnium.

d Vo dicta sunt iustitie propria. primum ut unusquisq immo & res unaqueq: id quod suum est & quod sibi conuenit, teneat, & exequatur fm: ut non usurpet sibi, quod, a, se alienum est, & propriū aliorum. Quamobrem diuina iustitia ita res istituit, ita prouidit ut omnia naturaliter recteq disposita, duo hec pro viribus obseruarent. Quatenus autem in hec obseruāt, eatenus & ipsa seruantur. propterea diuina iustitia insuper omnium conseruatio salusq nominatur. Salua enim illa permanent, que, a, proprio habitu & ordine non discedunt, neq alienis presertim deterioribus cōmiscentur. Que semper id agunt, salua sunt & semp, ut celestia motoresq celorum. septē elementorū sphere. primaq materia. rationaliumq substantie animarum. substantias earum dico non actiones atq vitas. que aliter atq aliter cōmutantur. Que vero ad tempus id obseruant, & conseruantur saluaue sunt ad tempus.

¶ Idem. Dionysius.

b Ec igit diuina iustitia, salus quoq oīum pdicatur, propriam cuiusq segregatamq ab alienis essentiam & ordinem seruans atq custodiens: causaq pure existens, ut actionem propriam quelibet p sequantur. Siquis preterea salutem laudet: quatenus a deterioribus singula eripit conseruando, hunc ipsi laudatorem uniuerse salutis libenter recipiemus. Jam vero & hanc primam omnium salutem ipsum definiturum existimam⁹: que oīa inse ipsis īmutabilia neq dissidētia

salus

τ nusq̃ ad ꝺeterius ꝺeflectentia seruet/custodiatq; oĩa procul a pugna τ bello: singula suis distinctim rõnibus exornata: cẽmq; quoq; inequalitatẽ τ actionem se circa aliena uersantẽ ex cunctis eliminet: proportionesq; cu/iusq; ita ↄfirmet/ut in ↄtraria neq; ruãt neq; ↄtrãsẽãt

Marsilius.

Quomodo diuina iustitia non solum salu⁹ sed etiam redemptio nominatur.

d Diuina iustitia/qua ratione salus/eadem τ redẽ/ptio nominatur. Quatenus τ oĩa pro singulo℞ modo in suo statu ordineq; conseruat. τ que ce cidere restituit. substantias quidẽ simplices in se subsi/stentes/solũ seruat. Que vᵒ ꝗquomodo mutant̃/ pro cu/iusq; modo/uel firmat corroboratq; . uel quandoq; re/stituit/redigitq; in ordinẽ. Nihil oĩo ꝑmittit in nihilũ ꝑmutari. spẽs ꝺesinere uel cõfundi nunq̃ sinit. Indiui/dua sub spẽbus similia similibus reddit tẽporibus pre/uaricãtes aĩas corrigit/τ sua cuiq; ordine certo repẽdit

Idem. Dionysius.

b Hanc quoq; salutem nõ preter intentionem sa/cre theologie quispiam celebrabit tanq̃ omnia redimentem: utpote que res omnes bonitate sua omnium seruatrice a bonorum suorum cãu redimat Quaten⁹ v₃ vniuscuiusq; rei fuãde natura capit: Quã obrem theologi ipsam ẽt redemptionẽ nominant: quoniã non permittit que vere sunt: ad id cadere ut ultra non sint. Rursus ex eo/ꝙ etiam siquid ꝺeliquerit atq; extra ordinem preuaricatum fuerit perfectionisq; propriorũ bonorum passum fuerit ꝺetrimentum/hoc insuper a pas sione τ imbecillitate priuationeq; redimit: indigentias implẽs/affectuq; paterno firmans infirmitatem: erigẽs/q; a malo: imo vero in bono pulchroue sistẽs. Et quod passũ

sum fuerit detrimentū/hoc insup a passione/ꝛ ībecillita
te priuatiōeq₃ redimit:indulgētiā implēs/affectuq₃ pa/
terno firmās infirmitatē:erigēsq₃ a malo: īmo ꝟ in bo/
no pulchroue sistēs. Et quod effluxerat boni/supplēs re
digensq₃ in ordinē:dū ꝙ preter ordinē ibi est/exornat:ꝑ
ficitq₃ ad integrū detrimētisq₃ oībus ꝑsus absoluit.

¶ Justitia inequalitatem graduum ꝛ equalitatem.
proportionis amat.

Marsilii.

Ne sunt diuine ipsiꝰ iustitie tanꝙ regine comi/
d tes ꝛ pedissequę quas mō narrauimꝰ/ salꝰ oīu₃
atq₃ redēptio. Nō si absq₃ iustitia saluū tutūq₃
uniuersu₃ eē nō pōt/multo minus absq₃ hac genus hu/
manū. Justitia ꝟ diuina equalitatē exigit: Nō quidē in
gradu. Nō.n.uult unicum uel equalē eē in uniuerso gra
du. Alioquin nō eēt uarietas ꝛ ordo formarū: ī equales
ergo gradus in multis deīceps rerū formis spēbusq₃ de
creuit. J qbus interim equalitatē ꝓportiōis amat. Vt
qua ꝓportione hoc excedit istud/eadē istud supet illud.
Jtē ut unicuiq₃ pro mō ꝓportiōis sue portiōi muneris
tribuat/equalis quidē dignitati sue uel merito:inequa/
lis aūt ad propriū aliorū munus:sed interim hoc equi/
tate ut qua ꝓportiōe res hec uel ꝑsona supat illa₃ eadē
ꝛ huius munus.q.ꝑmiu₃/excedat munus alterius: Ju
stitia igitur inequalitatē/e/rebus ex terminat: eam dico
que tanꝙ priuatio ꝓportiōali opponit equalitati ad me
ritū modūue cuiuslibet ꝑtinenti:nō eam:que formaru₃
significat differentias:differentes enim propriasq₃ rerū
spēs diuina iustitia facit atq₃ conseruat.

¶ Jdem. Dionysius.

Eterū de his qdē ꝛ de iustitia dictū. Que oīu₃
c eq̄litatē metit ꝛ termīat oēmꝙ ineq̄litatē pua/

tiōe quadam oppositā equalitati singulis competenti fo/ras expellit. Siquis enim in equalitatē illam consideret que significat differentias in uniuerso totius cuiuslibet ad totū quodlibet: hanc quoqz ipsa iustitia seruat: qua/tenus nō permittit res totas totis cōmixta turbari: sed custodit oīa secundum unāquamqz spēm: in qua eē pro/prium singula naturaliter susceperunt.

Qua ratione deus dicitur magnus.

Marsilius.

PLatonici de generibus entis ideisqz disputan/tes opposita quedam sepius introducunt. Idez & alterum circa substantiam. Magnū paruū cir ca quantitatē. Simile dissimile/circa qualitatē. Statum motum/penes actum. Nec deo excellentiori aliqua rō/ne theologi tribuunt. Magnitudo penes deum excellen tiam nature significat: & virtutis excessum/ab ipsa na/tura minime differētis. Simillima quadā ratiōe magna dicunt̄ que magnitudīs diuine munere cetera q̄dā vir tute & efficacia supant: In q̄bus virtus efficax ē aliud q̄z substātia. Nōne minus simili magna vocant̄ q̄ mole vel numero uel locali supficie uel duratione cetera sup ant. Vbiqz vero magnitudo quelibet ut & plato inquit diuine idealisque magnitudinis participatione consistit. Quemadmodum in commentariis in parmenidem de/claramus. Que quidem diuina magnitudo neque dimē/sione neque numero constat/sed absque his omnem di/mensionem numerumque etiam si infinita fingantur/in/diuidue virtutis excessu penetrat ubique & ipsa etiam presentia infinite usque quaque transcendit. Potestque dona etiam extra quemlibet numerum elargiri.

plenitudine propria minime diminuta: si modo res ipse suorum munerum sint capaces. Quas ipse deus quanto maioribus pluribusque muneribus implet/tanto magis efficit maiorum pluriumque capaces. Hac utique ratione magnitudo diuina dicitur infinita.

¶ Idem. Dionysius.

q Voniã vero magnũ & paruum cause oĩum attribuitur/idem quoque & alterum: simile rursus atque dissimile. Status quoque etiam atque motus/age & hec diuinarum appellationũ signa/quotcunque nobis per spicua fuerint/contemplemur. Deus igitur magnus in sacris eloquiis celebratur/atque ĩ magnitudine: & in cura tenui diuinam paruitatem significante. Dicit̃ quoque idem/quando sacre scripture dicunt. Tu autẽ idẽ ipse es. Predicatur item ut alter quando a scripturis sacris multis figuris formisque fingitur. Preterea celebratur ut similis/tanquam similium & similitudinis auctor. Rursus ut dissimilis omnibus: quippe cũ nullus illi sit similis. Denique ut stans & ĩmobilis atque sedens ĩ eternum. Vicissimque mobilis/ut qui per omnia se se cõferat Et quotcumque alie diuine appellationes tantundẽ valentes a sacris eloquiis celebrantur. Deus itaque magnus appellatur iuxta propriam ipsius magnitudinem: q̃ magnis omibus pticipationem sui tribuit & extrinsecus super omnẽ magnitudinẽ sediffundit atque protẽdit. Locum oẽm complectitur oẽm numerum superat. oẽm trãscendit infinitatem. Magnus quoque dicitur per virtutem suam exuberantẽ atque magnificam/perque ipsius dona velut/e/fonte manantia: quatenus hec ab omnibus sumpta per infinitã munerum profusionem prorsus absque diminutione perdurant: eãdemque seruant plenitudinis exuberantiam/neque largitionibus minuuntur: sed

magis etiã atq̃ magis exundãt. Magnitudo hec ꝛ infi/
nita est: atq̃ quãtitate caret ꝛ numero, atq̃ hoc ẽ excef
sus ipse iuxta absolutã superneq̃ se protendentem incõ/
prehensibilis amplitudinis ipsius naturam.

¶ Quomodo paruitas nominetur in deo.

Marsilius.

P Aruitas ĩdiuinis significat simplicitatẽ nature vnionẽq3 virtutis. Eiusmõi simplicitas vnio/
q̃ sũma est in deo. Sũma igit̃ ibi est hmõi par/
uitas. Que quidẽ est ꝛ idẽ atq̃ magnitudo sũma. Sum/
ma. n. virtutisq̃ excellẽtia est/ vbi suprema simplicitas
atq̃ vnitas. Cũ. n. quo q̃d simplicius/ eo prius atq̃ vi/
cissim. merito idẽ simplicissimũ ẽ/ oĩumq3 pricipiũ. Vbi/
q̃ igit̃ simplicia vicẽ tenent pricipiorũ. ut clemẽta si ad
cõposita ꝯparent̃. ꝛ ignis ad elemẽta. q2 nullã patit̃ mix
tionem. Vnitas ad numeros pũctaline supficies ad cor/
pora. Minime partes naturales ad corp9 phxsicũ. Mo
mẽta ad tẽpus atq3 motũ. Dicit̃ etiã in deo puitas/ mi/
ra per oĩa penetrãdi virt9/ cuius penetrationi resistit ni
hil. que ꝛ penitissima rerum tenet. tanq̃ centrum ꝛ vbi/
q3 pũtũ ꝛ ĩterim ꝑfunda undiq3 supgredit̃ tanq̃ super
ficies obtenuitatem corpora supereminens.

¶ Idem. Dionysius.

P Aruum vero vel tenue in deo dicit̃: quod vni uersam molẽ atq3 distãtiã supergreditur. Quod
ue nullo impediente per oĩa transit. Jam vero
quod paruum est elemẽtalẽ habet ad oĩa rationẽ: nusq̃
enim inuenies nõ participarã ideam parui. Sic igitur pe
nes deum accipiendũ est quod appellat̃ paruu3 tanq̃ in
omnia ꝛ per omnia nullo resistente pgens atq3 agens.
Atq3 profecto pertingens vsq3 ad diuisionem anime at
q3 corporis compagum quoq3 ꝛ medullarum. discretor
intentionum ꝛ cogitationũ cordis. Jmmo vero discre/

s

tor omnium. Nō enim est creatura inuisibilis in cōspectu eius. hoc vtiq3 pnū sine quantitate τ numerali qualitate est. Nusq3 ex cohibetur. Infinitum interminatū/q3 est. Comprehendens omnia ipsum vero prorsus incomprehensibile.

Quomodo deus dicatur idem.

Marsilius.

d Jcitur autem deus idem nō quia sit semper eadem essentia vel ens idem. Existit eni3 super essentiam: sed quoniā nulla uel naturalis diuersitatis vel alicuius mutabilitatis. Species apud deū cogitari pōt. Et quoniā idētitatem ipsā diuersitatis omīs τ mutabilitatis exptem/nec aliunde neq3 nuper sed ex se τ ab euo possidet in seipo. Preterea quoniā idētitatis munus. i. perseuerātiam firmitatem vnionem omnibus utcunq3 capere possint ipse distribuit. Itē qm̄ res inter se varias/ordine miro cōciliat inuicem. Deniq3 qm̄ quecunq3 in vniuerso contraria sunt vna penes seipsu3 forma continet in ipsa inquā idētitatis forma: per quā omnia quātūlibet diuersa idētitatis alicuius pticipia fiunt singulariter inq3 atq3 cōiter. Singulariter/qm̄ quodlibet aliquā illic inptibus suis accipit vnitatē. cōiter/qm̄ vnū quodq3 cū ceteris aliquā illinc suscipit vnionem.

Idem. Dionysius.

d Jcitur preterea deus idem. Qm̄ super essentie mudū est sempiternus. Inconuertibilis. In seipso manēs. semper secundū eade3 τ eodē modo se habens. Omibus eodē modo presens. Ipse secundu3 seipsum τ in seipso firmiter τ intemerate īpulcherrimis super essentialis idētitatis finibus collocatus. Immutabilis casui nusq3 obnoxius. Indeclinabilis. Inuariabilis. In permixtus. In materialis. Simplicissimus. Nul

lius īdigus. Et qm̄ augeri minuiqȝ nō pōt. Et qm̄ ē ingenitus/nō quasi nō dum genitus/uel.q.nō dū absolutus. Seu.q.ab hoc quidē nō genitus sed ab alio: siue.q. nō sit genitus secundū hoc sed secundum aliquid aliud. Seu.q.nullo mō sit quicq̄ȝ.sed ingenitū appellatur tanq̄ȝ super omne quod ingenitū dici pōt: ⁊ tanq̄ȝ ingenitū absolute semperq̄ȝ existens ⁊ seipso perfectū idemq̄ȝ existens per se ipsum ⁊ ex seipso vniformiter eademq̄ȝ rōne determinatum oībus ꝑticipare potētibus ipsum ideȝ ex se ipso tradens ⁊ alia connectēs aliis copia idētitatis ⁊ causa. In seipso quinetiam contraria eodem modo anticipans per vnam unificāqȝ totius idemtitatis causaȝ eminentem. Contraria ī deo

¶ Quomodo deus dicatur alterum. ⁊ deus vnus quasi dii plures.

Marsilius.

Cum duobus modis alterū appellamus. Primo quia dum suam omnibus similitudinem tribuit atq̄ȝ seruat/uidetur quot res ipse sunt/totiens se ipsum multiplicare. Perīde ac si vultus vnus imagines sui plurimas in multis faciat speculis atq̄ȝ cōseruet. Sic enī uultus idem in multis.q.factus iā multiplex apparebit: ipse interim non mutatus. Similiter deus in rebus que simpliciter sunt ipsa essentia est. In uiuentibus ipsa vita in sentientibus ipse sensus. In intelligentibus intelligentia in omnibus speciem aliquam virtutemqȝ habentibus/ipsa species ipsa virtus. Singula enim hec bona sunt velut imagines quedam primi boni/expresse diuinitus/semper inde pendentes: vt deus vnus in se prorsus immobilis.q.dii iam multi videatur effectus. Secundo rursus modo dicitur deus alteruȝ: quatenus per alias figuras ⁊ spēs aliis alit̄ ꝑfectis appuit. vīca.n.deilux ī variis ꝓphetaꝝ imagīatōib⁹.q.

vitris per uarios colores affectis/nimirum imagies varias induit, q, colores,

Idem. Dionysius,

a Lterũ vero deus dicit qm̃ deus puident omnibus adest: oĩaq3 pp oĩum salutẽ euadit ĩ omnibus: manẽs interĩ in seipso ⁊ in sua idẽtitate firmus per actionẽ vnã indeficientẽq3 consistẽs, Atq3 se ipsu3 indeclinabili ptãte tradẽs ad eos q in ipsum cõuersi sunt/diuinitate donãdos. Preterea putandũ est alteritatẽ uariarũ dei pmultiformes uisiões figurarũ/alia q̃da3 per ea q̃ uident preter id quod apparet / significare. Profecto si aĩa3 corporali spẽ uelemus effingere/ mẽbra q3 corporea aĩe indiuidue adhibere/alia certe rõne cogitaremus in ea ptes obductas/quatenus v3 nature ipsi indiuidue cõpetit, Et caput quidẽ intellectũ: ceruicẽ v̇o opinionẽ tanq̃ rõnalis ⁊ in irrõnalis potentie mediam, Pectus aũt ira3, Ventrẽ v̇o concupiscẽtia3, Crura deniq3 pedesq3 naturã noĩaremus: noĩbus ptium pro qbusda3 uiriũ signis utẽtes, Simili rõne multoq3 magis ĩ eo qui omnia supereminet/formarum figurarũq3 diuersitatem piis deoq3 dignis mysticisq3 interpretatiõibus purgare debemus,

Diuina latitudo, Longitudo, Profunditas, Alteritas. Marsilius,

p Aulus apostolus deo latitudinẽ attribuit ⁊ lõgitudinẽ atq3 profunditatẽ, Latitudinẽ quidẽ/ quoniã uirtus ⁊ presentia dei attigit oĩa simul atq3 cõprehendit: Longitudinẽ uero/ q2 unũ quodq3 a sũmo ad imum penetrat atq3 implet, Profunditatẽ deniq3/quonia3 ipse interi3 a nullo capitur usq̃ uel cognoscente uel quomodolibet attingente, Sũmatim deus dicitur alterum/non propter uarietatẽ ipsius ullam: Sed propter munerũ diuinorum multiplicationẽ per diuersa

tendentem. Cum diuina virtus eadem prorsus omnibus
presens / vno quodam ordine cuncta connectit.

¶ Idem. Dionysius.

p Eterea si velis triplices corporum figuras ei q
tactum figuramque refugit deo accomodare / lati
tudo quidem diuina dicenda est / amplissima per
omnia processio dei: longitudo vero potestas desuper to
ta quelibet penetrans. Profundum denique incōprehen
sibile secretum illud / ac prorsus ignotum. Verum ne for
te dum varijs figuris formisque explicandis insistimus /
inprudentes interim incorporeas diuinorum appellatio
nes / signorum sensibilium appellationibus confundamus
De his in theologia significatiua iam diximus. Nūc au/
tem diuinam alteritatem / non mutationem aliquam idē
titatis illius inconuertibilis suspicemur: sed singulares
ipsius multiplicationem: atque vniformes per omnia fe/
cunditatis diuine processus.

¶ Qomodo deus dicatur simile.

Marsilius.

d Eus simile dicitur. Quia neque partium ī eo di/
uersitas est: neque alias ipse se aliter habet. Item
quia fons est similitudinis idealis / quemadmo/
dum platonici tradunt / cuius quidem idee participatio
ne quadam similia inter se fiunt / quecunque similia. Rur
sus quia deus aliquid sui muneris distribuit. omnibus
per quod et inuicem et ad ipsum similia fiunt: et naturali
quodā amore cōuertunt ad illū: et cōmunē inuicē habēt
affectū. Nulli vero deus est similis. cum nullo. n. in aliquo
cōuenit. Sed neque etiā exēplar imagini simile dicēdū est.
De hoc latius in cōmentariis in parmenidē ptractamus.

¶ Idem. Dionysius.

s I quis Deum ita simile dixerit / ut idem: tanquam
totum per omnia sibi firmiter et indiuidue simi/

lem/spernenda non erit eiusmodi ĩ deo ipsius similis ap/pellatio. Theologi vero eum, qui est super omnia deum/ qua ratione est ipse nulli similem esse aiunt. Sed diuina largiri similitudinem omnibus ad ipsum conuersis: Di/uina pro viribus imitatione ad ipsum inquã omni ter/mino rationeq; superiorem. est autem similitudinis diui ne virtus: que cuncta producta diuinitus / conuertit ad causam. Hec igitur dicenda sunt similia deo: atq; ad diuinam imaginem similitudinemq; expressa. Neq; ta/men illis similem fas est deum dicere. Quia nec homo quidem est imagini sue similis. Ea sane que eodem in or dine congruunt possunt inuicem similia dici. Ut simili/tudo vicissim conuertatur vtrinq;. Ut sint inuicẽ am bo similia secundum principalem similis ipsius speciem. Ubi vero hoc quidem est causa / illa vero hinc effecta sunt: conuersionem nullam admittimus. Deus enim nõ his solis aut illis proprie / vt sint similia / donat: Sed omnibus similitudinem participantibus / causa. Deus ipse est ut inuicem sint similia. Immo & ipse est ipsius p se similitudinis auctor. Quodue ĩ quibuslibet simile est vestigio quodam similitudinis diuine fit simile. Unio/nemq; eorum ipse complet.

¶ Res deo quodammodo similes sunt: & omnino dissimiles.

Marsilius.

Eo res omnes & quodammodo similes sunt: et
d omnino dissimiles similes inquã / quoniam cum inde semper velut speculares quedam imagines pendeant / quodammodo representant deum. Silicet deum esse. Atq; esse potentem & sapientem atq; bonũ. Dissimiles iterum / quoniam in nulla natura vel quali tate vel conditione vel proportione cum deo conueni/unt. Alioqñ neq; diuina natura erit simplicissima/neq;

virtus immensa.

Idem. Dionisius.

Ed quid nam vltra loqui de hoc oportet. Ipsa
o nempe theologia deum esse / ipsum dissimile pre
dicat: neq; ordinem ullum cum vllis habere:
vt ab omnibus alterum. Et quod est profecto mirabi/
lius / nihil deo simile esse ait. Neq; sermo hic aduersa/
tur similitudini rerum ad deum iam predicte. Eadem
enim deo similia sunt atq; dissimilia. Similia quidē quo
niam deum inparticipabilem pro modo suo percipiunt:
& illum qui omnem imitationem refugit pro viribus imi
tantur. Dissimilia rursus quoniam tanquā inde creata
deficiunt: interuallisq; infinitis incomparabilibusq; in/
de distant.

Qua ratione dicatur in deo status.

Marsilius.

Tare deus dicitur: quoniam natura eius & ac/
s tio semper eadem est similisq; penitus & circa
idē. Et qm̄ fingi non potest itrinsecus vel extrī
sec⁹ vllo mō mutari. Jam vero si deus ē super essentiam
status autem ac motus sunt quedam conditiones essen/
tie / deus est non modo super motum / sed etiam super
ipsum statum. Neq; statione stat ulla sed & ipsam idea/
lem stationem ipse parit & status omnis perseuerantieq;
rebus cunctis est auctor.

Idem. Dionysius.

Vid autem de statu diuino vel sede dicemus.
q Quid ergo. Nisi quod deus in seipso permanet
in sua immobili identitate firmiter & accomo/
datissime collocatus. Et quoniam secundum eadem et
circa idem eodemq; modo semꝑ agit / nunq̄ ex se ipso mi
grans uel quomōcūq; motus. atq; hec quidem ratione
quadam habet super essentiam. Ipse enim est omnium

statu𝔰 ꝛ firmitatis auctoꝛ qui super oēm sedem statum/ q̃ȝ existit. Atqȝ in ipso consistunt oīa/ꝛ inde a bonoꝛum suoꝛum statu incōmota seruantur.

¶ Quomodo motus in deo: ꝛ rectus ꝛ obliquus ꝛ circularis.

Marsilius.

Cum per oīa moueri tradunt: qꝛ vim actionē/ q̃ȝ suam percuncta diffundit/adestqȝ vbiqȝ sin/ gulis pꝛocreando: seruando: mouendo: pꝛouidē do: ꝛ dispensando pariter atqȝ conuertendo/ipse tamen interim nullo modo mutatus. Rectus apud deū mot⁹ dicitur uirtus actusqȝ eius indeclinabiliter percuncta pꝛocedens. Obliquus vero motus dicitur stabilis ope/ rationis eius in pꝛoducendo continuatio/ꝛ in ipsa stabi litate pꝛoductio. Actio enim eiusmodi ad similitudinem motus obliqui. q. cōposita est ex motu quodā pariter at/ qȝ statu. Circularis deniqȝ motus significat diuinā idē/ titatē ꝛ: qm̄ media extremaqȝ reꝝ intrinsecus circū ex/ trisecusqȝ cōplectif. Et qꝛ quecūqȝ ab eo fiūt desiderio quodam boni ad se conuertit.

¶ Idem. Dionisius.

Quid autem. Quando rursus hunc ad omnia p cedere theologi tradunt: ꝛ moueri eū qui est im mobilis. Non ne ꝛ hoc qua rōne deo dignū est interpꝛetari decet. Moueri. n. deum pie iudicandu ȝ est: non per coꝛruptionem aut alterationeȝ/aut variationē/ aut versionem modumue aliquē. Vel localem motum: nō rectum non circularem/non ex vtrisqȝ cōmistum/nō intelligibilem/non animalem/non naturalem. Sed quia deus ad essentiam cuncta perducit ꝛ continet omnibus modis pꝛouidet omnibus cunctis adest compꝛehendēs omnia/ab omnibus interim penitus absolutus. Pꝛoui/

dentissimis per omnia processibus actionibusqз cuncta ubiqз dispensans. Sed ⁊ ímobilis dei motus / ut deum decet permictendum est celebrare. Et rectum quidem motum intelligere decet in deo indeclinabilem potestatem processumqз actionum nusq̃ꝫ deflexum omniumqз generationem ex eo constanter effectam. Obliquum vero vel flexuosum / stabilem inde processum / statumqз fecundum. Circularem deniqз motum / idẽtitatem ipsaз / ⁊ quia media atqз extrema que continent ⁊ que cõtinẽtur / ipse complectitur. Et quoniã quecunqз ab ipso processerunt ad se conuertit.

motus 3

Quomodo in deo dicatur equalitas.

Marsilius.

Equalitas in deo significat / deum nec ex variis esse compositum / nec vnq̃ꝫ aliter se habere. virtuteq̃з ⁊ actionem eius equali vigore q̃ꝫtum in se est percuncta procedere. Eũqз idealis ipsius equalitatis fontẽ eẽ ut platonici docent cuius ꝑticipatõe sequentia sunt equalia / aut quelibet in seipsis / aut inuicem. Et alia quidem equalia inuicem magnitudine vel numero simplici / vel gradibus qualitatis. Alia vero geometrica quadam proportione ut qua proportione hoc superat istud / eadem istud superet illud / item sicut hoc pro modo suo agit aut patitur /. Illud pariter ⁊ pro suo. Deniqз. Deus equalitate mira vniuersum in armonicam cõtemperauit equalitatemꝫ ut cuncta inuiceз. q. compatiãtur / mutuenturqз ⁊ mutuent ⁊ moueanť ⁊ moueant.

Idem. Dionysius.

Si quis autem identitatis ĩdiuinis eloquiis uel iustitie diuinam appellationeз accipiat pro equali / Dicendum est equalem esse deum / non modo tanquam indiuiduum ⁊ nusquã declinanteз / sed quoniã

ad omnia atq; per omnia eque pergit: ipsiusq; per se equalitatis est auctor: per quam deus equaliter efficit ut cū cta simili quadam vicissitudine in se conmigrent: et que participant equa conditione participent / procuiusq; vz facultate. Et eque pro dignitate ad omnia distributio fiat. Deniq; ipsum equale deus dicitur: quoniam omnez equalitatem intelligibilem / intellectualem / rationalē / sensualem / essentialem / naturalem / voluntariā / eminenter et vnice in seipso prorsus anticipauit per virtutem omnis equalitatis effectricem / omnibus eminētez

Qua ratione deus dicatur omnipotens.

Marsilius.

p Antocrator omnia continentez significat. et omnibus dominātem. Quod totum vno latini vocabulo / omnipotentem exprimūt. Deus igitur omnipotens appellatur / ut omnia extrisecus ambiens et complectens. et intrinsecus connectens atq; cōseruās Et vtriq; firmans. inuicemq; concilians. Item ut radix producens omnia ad se producta cōuentes tanq̄ firmiter cōtētura. ¶ Dicitur rursus omnipotens: quoniā absq; confusione sui imperat omnibus: mouetq; nutu facili quocunq; potenter. Atq; interim omnipotenti bonitate ad seipsum omnia trahit: non quidem violenter. violentia enim aliena est ab ipso bono: Sed quadam naturalis amoris essca ad bonū singula suū / perq; suū ad comune bonum naturaliter prouocātis. Qui sane amor et si volentia pasiint allicit vltro: tamen interim necessario rapit: bonum enim nolle non possunt. Neq; rursus vellent posse nolle bonum.

¶ Idem. Dionysius.

t Empus iam admonet vt deum multis laudatū nominibus / ut omnipotentem atq; vt antiquū

dierum celebremus. Omnipotens quidem dicitur: quo
niã ipse sit omnitenens oium sedes, omnia tota cõtinẽs
& complectes & cuncta collocans & fundans atqz con-
stringens. Uniuersumqz infractum in seipsa perficiens.
Hec rursus ex se ipsa vniuersa tanq̃ ex radice omnite-
nente producit: & in seipsam velut ad profundum omni
tenens cuncta reflectit continetqz & tanq̃ omnium fir
mamentum omnitenens/que/continentur omnia vna
connexione interim omnia superante cõmunit: neqz si-
nit illa hec se ipsa cadere: ne forte tãq̃ perfectissimo fir-
mamento mota disperant. ¶ Appellatur quinetiam sũ
ma illa diuinitas omnipotens tanq̃ omnibus imperãs.
& propria sinceritate seruata/dominans gubernatis.
Rursus tanq̃ desiderabilis omnibus & amabilis/iu-
gum amectens omnibus voluntarium stimulosqz dul-
ces diuini & omnitenentis insolubilisqz erga bonitatem
suam amoris incutiens.

¶ Qua ratione deus dicatur antiquus dierũ. Item & senex & Juuenis.

Marsilius.

c Um deus rerum omnium q̃tumlibet inter se
diuersarum/eque sit auctor: & que in reruz or
dine opposita sunt & contraria/pariter ab ipso
dependeant: necessarium est. Deum ad nullum opposi-
torum naturaliter esse determinatuz. Alioquin si deus
calor esset/frigus minime procrearet. si status/non fa
ceret motum: si motus neqz statum efficeret vsquam.
Similit̃ si ad aliquod rerum genus speciemue definitus
vel proprie accomodatus esset/alia non efficere. est igi-
tur ab omnibus rerum etiam excogitabilium. Specie-
bus generibusque penitus absolutus.
¶ Sed ut rem nostrã breuius p̃stringamus deus cum

neq; sit status neq; motus/ merito neq; est ethernitas
neq; tempus. His enim duobus illa duo sunt propria.
Quod si tempus deus dicatur/aut euũ/sic certe tanq̃
borũ iam noiatur. Preterea quod hic dicitur Deide ẽt
in eo quod est semp moueri/manere/intellige vel per fir
mitatem eius quemlibet sempiternũ motum cõtinuari.
vel in effectione variorum/nõ variari: vel in ipo Idea
li motu deum non esse seorsum ab ideali statu. ¶ Proĩ
de deus antiquus quidẽ fingitur/quoniã nascentia an/
tecedit omnia. Iuuenis quoq;/quoniã desinentibus om
nibus ipse succedit. virtutemq; nunq̃ deficientez hẽt.
Rursus quoniã deus est principiũ oĩu; atq; finis. Prĩ
cipiũ vero/qm̃ prius extitit: videt̃ antiquũ: finis autẽ
q: posterior superest/apparet nouus/merito senex Iuue
nisq; effingit̃. Deniq; cũ tempus appelletur motus ip/
sius numerus/merito sicut deus tanq̃ tẽpore prior/an/
tiquus dicitur: sic & tanq̃ prior numero vel ad numeꝝ
dicitur: rursus antiquus. Unitas enim antiqssima. Sẽ
pe in numeris illi forte cuipiam seniores videri possunt/
qui plurimum numero processerunt: queadmodũ & ho/
mines/qui plurimo dierũ numero processere/seniores ap
pellare solemus. Si ita loquimur/numeri/qui ab unita/
te minus in numerũ progressi sunt: Et hoc ipso vsu lo/
quendi. Iuniores apparent: Et iterum quia ceteris po
res sunt videntur etiam seniores.

¶ Idem. Dionysius.

Atiquus vero dierum deus predicatur: quo/
niam ipse sit euum omnium atq; tempus : Et
ante dies/& euum atq; tempus. Tam etsi tem/
pus quoq; & diem oportunitatemq; & euu; qua ratione
deum decet/eum appellare licet. Ut qui omni motu sit
immutabilis penitus & immobilis atq; in eo ipso quod
est semp moueri/permaneat in seipso. Rursus tanquam

eui ꝛ tēporis dierūqȝ causa. Quāobrē ꝛ in sacris mysti/
carū uisionū apparitōibus/antiquus nouusqȝ effingit.
Ubi antiqor quidē priorē illū ꝛ a pncipio existentē signi
ficat. Junior autē insensibilē prefert. Forte uͦ ambo nos
docēt. Deū ab initio usqȝ ad finē percūcta ꝓcedere. Foꝛ
te ēt/ut diuinus noster in sacris īstitutoꝛ ait/ ambo desi
gnant antiqtatē: oīa precedentē. Senioꝛ quidē priorē in
tēpore docet. Junior aūt principaliorē: prioreue ī nume
ro prefert. Quādo quidē unitas ipsa ꝛ quę circa unitatē
sunt/nūeris lōgiꝰ progressis pꝛicipaliora antiqoꝛaue sūt

De Appellatione etherni de ethernitate ꝛ tēpoꝛe.

Marsilius.

Sacre littere quatuor mōis ethernū uocāt. Pri
mo quidē ingenitū/.i. Deū ꝛ que dei sunt ꝓpria
Secūdo īmoꝛtale/īmutabileqȝ ut angelos: ter
